OBSERVATIONES CRITICAE

IN

PLATONIS COMICI RELIQUIAS.

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

PLATONIS COMICI RELIQUIAS,

SCRIPSIT

C. G. COBET.

AMSTELODAMI
APUD IOHANNEM MÜLLER.

MDCCCXL.

LUGD. BAT. EX TYPOGRAPHEO I. G. LA LAU

PRAEFATIO.

Si quis vellet hodie ambitiosius praedicare, quam utilis opera in illustrandis Comoediae Atticae monumentis ponatur, multum vereor ne viris eruditis videretur ineptus. Iamdudum enim est intellectum quantum in his reliquiis superesset boni, et plurimorum studiis haec literarum pars excoli celebrarique coepta est. Quasi signum sustulit Bentleius, qui unus omnium optime et horum fragmentorum praestantiam perspexit et divino ingenio vel depravatissimis Poëtarum locis insperatam lucem attulit. Bentleium multi secuti sunt: inter omnes sine controversia princeps est Richardus Porsonus, qui felicissimum ingenium raro exemplo cum maxima cautione et circumspecto iudicio habuit coniunctum. Porsonus, quamquam totum literarum ambitum maxima eruditione complectens, tamen in Scenicorum Poëtarum monumentis lubentius morabatur; in quibus nemo plura felicius correxit. Idem sobrius et paucorum

verborum, minime iactator ingenii et pulcherrima inventa, quasi cuivis in mentem venire potuissent, prope spernens, omnibus harum literarum amantibus egregium dedit, quod imitarentur, exemplum. Post Bentleium et Porsonum maxime hanc literarum partem ornavit Meinekius, vir eximius, editis et aliis libris et praesertim *Menandri et Philemonis Reliquiis*. Deinde totam Comoediae Atticae historiam in *Quaestionibus Scenicis* docte explicuit, quo facto plurimorum studia, imprimis popularium, incendit. Horum diversa ingenia diversis rationibus Comicorum fragmentis profuerunt. Alii materiam undique ex variis libris sedulo comportaverunt: hanc alii expoliverunt fabularumque argumenta et aetatem tenuibus indiciis indagare tentaverunt. Ex his multi aetate fervidi, quibus non displicebat coniectura audacior et, ut quodque erat ingeniosissime repertum, ita videbatur sine controversia verissimum, multa scripserunt, quae maturiore iudicio non scripta optarent: at iidem de multis Comicorum locis et fabulis sic commentati sunt, ut cum summa iucunditate et fructu legantur: indulgentes ingenio quidem (nam saepe in his reliquiis propemodum hariolandum est, et sine ingenio fere nihil effici potest), sed ubi dies opinionum commenta deleverit, supererunt multa, quibus prope conclamatis feliciter coniectando inexspectatam salutem attulisse omnibus videbuntur.

Itaque sic ardentibus plurimorum studiis, Meinekius institutum iter strenue perfecit. Ex *Quaestionibus Sce-*

nicis quasi διασκευὴν protulit *Historiam Criticam Comicorum Graecorum*, in qua Ruhnkenii exemplum, quod sibi proposuit imitandum, multis viris praeclaris feliciter imitatus videtur. Neque hic viri egregii diligentia substitit, sed absolvit, quod eruditi omnes iamdudum efflagitaverant, Corpus fragmentorum omnium Comicorum Antiquae Comoediae Atticae, adiecturus aliquando, uti speramus, ceteros Poëtas, qui Mediam, quae dicitur, Comoediam et Novam illustraverunt.

Patet iam literarum amantibus campus, in quo excurrere possint, vastissimus. Et profecto superest in quo ingenium exerceant, liberati magnam partem taedio et molestiis, quae in fragmentis studiose undique conquirendis ad hunc diem omnes vexaverunt: passim disiecta membra poëtarum misere sordibus inquinata iactantur: saepissime neque numeri constant, neque sententia, neque ullum elegantiae Atticae vestigium apparet. Plerarumque fabularum argumenta ignorantur: neque tempora, quibus quaeque docta sit, reperiri posse ullo pacto videntur. Neque haec tamen aut industriam humanam aut ingenium absterrere possunt: imo incendit spes non inanis, fore ut omnia perscrutando rimandoque, et evolvendis quum ceteris omnibus, tum Grammaticorum etiam sequioris aetatis commentariis, permulta olim clarescant, quae nunc densis tenebris premuntur.

Perdiu iam est, ex quo mihi Comicorum fragmenta placere coeperunt. Elegeram ex ceteris omnibus Pla-

tonis Comici reliquias, in quibus illustrandis et emendandis studiorum specimen ederem. At mox publica auctoritate profecturus ex patria ad explorandos in celeberrimis Europae Bibliothecis Graecos Simplicii Codd. MSS., malui illud editionis consilium nunc quidem omittere, et his in Platonem observationibus defungi, in quibus locos quosdam in hoc argumento praecipuos de industria explicui. Si me Deus in patriam reduxerit, editionem, quam paraveram, δεύτεραι φροντίδες et novae fortasse accessiones e Grammaticis ineditis, facient commendatiorem.

De ipsis his observationibus nihil est, quod dicam, praeter hoc unum: ubi dissentiendum fuit a viris, quorum eruditionem et acumen magni facio, (idque saepissime factum est, quia non attinebat apponere quae alii dudum recte vidissent) conatus sum rationes cur dissentirem, modeste et cum lenitate verborum significare. Itaque si quid forte inclementius dictum possit videri, aut fervore aetatis excidit imprudenti, aut extorsit vis veritatis et indignatio, quum viderem qui tumultuaria opera sua in rebus difficillimis contenti viros summos prae sese contemnerent. Nam ita quemque in his literis videre rectissimum arbitror, ut optime magnorum virorum praestantiam persentire possit.

Scribebam Lugduni-Batavorum d. XIII. m. Oct. a. CIↃIↃCCCXL.

CAPUT PRIMUM.

Historia Comoediae Atticae Antiquae.

Vita privata Poëtae comici Athenis perparum aut nihil memorabile solebat habere. Hinc de Platonis rebus, si inimicitias, quas cum Aristophane exercuit, exceperis, prorsus nihil compertum est, quod fabularum reliquiis possit afferre lucem. Sed nonnulla melius intelligentur et non pauca, quae nunc sunt obscurissima aut perperam accipiuntur, clara videbuntur et facilia, si quis Comoediae Atticae historiam et fata, quae Platonis maxime aetate varia fuerunt, paulo diligentius enucleata ad singulorum comicorum reliquias adhibuerit. Quod quum ut ceteris omnibus, ita etiam Platonicis fragmentis perinsignem habeat utilitatem, quam fieri potest brevissime Comoediae Antiquae historiam ex tenuibus indiciis eruere conabimur.

Atticorum, quae dici solet, Vetus Comoedia, ἡ ἀρχαία, Cratinum habuit parentem, quemadmodum Tragoedia Aeschylum. Comoedia Megarensis, Susarion, Myllus, Chionides, Ecphantides iocos quosdam rudes et plebeios et dicteria et nonnunquam convicia nulla

arte composita vel ornata, sed fere acuto et mordaci ingenio subnata proferentes non magis pro poëtis comicis habendi sunt, quam Thespis ad Tragicos potest referri. Divinum autem fere fuit in Cratino ingenium, qui ex incompositis facetiis salibusque magis mordacibus quam lepidis et ingeniosis effecit illud fabularum genus, quod sine exemplo fuit elegantissimum et patriae civibusque utilissimum: quale etiam nusquam terrarum nisi Athenis et in Democratia Attica oriri potuit ortumque florere. Namque ea fuit semper Atticorum Democratiae ratio, ut multitudo populi, avida libertatis, quae acuta omnium ingenia in dies reddebat acutiora, viros primarios, quibus nobilitas generis, opes, virtutes belli et pacis prae reliquis omnibus gratiam et auctoritatem conciliaverant, modo tamquam praesentes Deos veneraretur, modo suspicax et libertati suae anxie sollicita invidia et odio persequeretur. Hinc incredibili animorum mobilitate eosdem, quos laudibus ad coelum extulerant, maledicentissimis conviciis opprobriisque lacerabant, quasi sic invidiae anxiaeque sollicitudini requiem inventuri essent, neque foret periculum, ne iis insolescerent animi, quos, etiam inique et nil tale commeritos, probe increpuissent ludibrioque palam habuissent. Qui autem auctoritate et consiliis in rep. pollebant viri principes, popularium animos bene callentes neque nescii a maledicentibus et cavillantibus civibus nihil sibi imminere periculi, non iniquo animo vulgi voculas et dicteria perferebant: aut etiam inviti atrocissimas criminationes et calumnias vulgo iactatas non reprimebant, scilicet ne quid gravius paterentur. Atque hisce Democratiae Atticae temporibus nata est licentia, ut liceret

plebi quidvis de quovis optimatium impune iactare. Itaque in familiari sermone (1), in concionibus, in festorum maxime hilaritate assuefiebant maledicendo plebeculae Atticae ingenia, Optimates contra et omnes, qui fortunae dotibus aut ingenii excellebant, lascivientis populi et sic demum firmam libertatem existimantis mordaces iocos ferre aequis animis et contemnere discebant. Atque ex his initiis succrevit comoedia, auctore imprimis Cratino, qui primus populares opiniones, ad hoc usque tempus temere per vulgus sparsas, ingeniose in argumenta comica illigavit, et veluti animatas in scenam produxit, easdem iocis facetiisque iucundissimis conspersit, expolivit dicendi elegantia et poëticae veneribus et luminibus illustravit, tantumque tulit ab omnibus plausum, ut non solum festivissimus poëta, sed etiam libertatis Atticae adversus potentiorum fastum et arrogantiam, sicuti putabatur, acerrimus vindex videretur. Atque haec quidem omnia, quae Atticorum ingeniis dignissima sunt, ex Cratini fragmentis et historia Attica luculenter confirmantur, neque opus est multis in re, quae hodie eruditissimorum virorum studio certissima est. Vid. Meinekius in *Hist. Crit. Com. Graec.* p. 49. sqq. et Theod. Bergkius in *Commentt. de Reliq. Com. Att. Antiquae* statim ab initio.

Fretus autem aura populari audax Poëta nemini pepercit: in reprehendendo et irridendo acerrimus quidquid aut in reip. administratione aut in singulorum vita ac moribus videbatur ineptum et pravum,

---

(1) Operae pretium est conferre Xenophontis *Conviv.* II. 14. III. 11.

coram omnibus Atheniensibus magna cum libertate notabat: et quamvis lepidissimum ingenium omnia facetiis scite vestire et mitigare facile potuisset, in exagitandis tamen, quae populo et sibi displicebant, Archilochi rabiem aemulatus est, et iratus atque indignatus nudo, quod aiunt, capite convicia et maledicta in improborum capita evomuit. Platonius *περὶ διαφορᾶς χαρακτήρων* pag. XXVII. in Ed. Arist. Invern. *Κρατῖνος ὁ τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας ποιητὴς ἅτε δὴ κατὰ τὰς Ἀρχιλόχου ζητήσεις, αὐστηρὸς μὲν ταῖς λοιδορίαις ἐστὶν — ἁπλῶς καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τίθησι τὰς βλασφημίας κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων.* ubi miror non receptam pulcherrimam Hemsterhusii coniecturam, *ἅτε δὴ καὶ τὰ τοῦ Ἀρχιλόχου ζηλώσας*, quam ex summi viri annot. Ms. protulit I. Geelius in *Bibl. Crit. Nov.* T. IV. pag. 8. qua spreta viri docti nescio quo iudicii errore reposuerunt aut *κατὰ τὰς Ἀριστάρχου ζητήσεις*, ut Meinekius *Quaestt. Scen.* I, pag. 19. quo iterum reiecto *ἅτε δὴ καταχῆνας Ἀ. ζηλώσας* correxit idem in *H. C. Com.* pag. 53. aut *ἅτε δὴ ἰάμβους Ἀ. ζηλώσας*, quae coniectura nollem excidisset Lehrsio in libro egregio *de Aristarchi Studiis Homericis* pag. 25, aut *κατὰ τὰς Ἀρχ. εἰσηγήσεις*, aut *κατὰ τὰς Ἀ. ζηλώσεις*, quae duplex coniectura indigna est auctore Theod. Bergkio in *Comm. de C. A.* pag. 4.

In eandem sententiam de Cratino loquitur incertus auctor de Comoed. pag. XXXIII. *Ἐπιγενόμενος δὲ ὁ Κρατῖνος — τῷ χαρίεντι τῆς κωμῳδίας τὸ ὠφέλιμον προσέθηκε, τοὺς κακῶς πράττοντας* (reponendum *τι πράττοντας*, ne inepte sit dictum) *διαβάλλων καὶ ὥσπερ δημοσίᾳ μάστιγι τῇ κωμῳδίᾳ κολάζων.* Effrenata igitur licentia non solum si quis erat moe-

chus (1) aut sicarius, aut alioqui famosus, eum palam proscindebat conviciis, sed viros de rep. domi militiaeque optime meritos, et nobilitate generis et opibus conspicuos lubenter coram plaudente populo traducere coepit, indignantibus quidem melioribus omnibus, sed metu saevitiae populi oppressis. *Ἰσηγορίας οὖν πᾶσιν ὑπαρχούσης*, ut ait Platonius *de variis comoediarum generibus* pag. XXXIII. *ἄδειαν οἱ τὰς κωμῳδίας συγγράφοντες εἶχον τοῦ σκώπτειν καὶ στρατηγοὺς καὶ δικαστὰς τοὺς κακῶς δικάζοντας καὶ τῶν πολιτῶν τινὰς ἢ φιλαργύρους ἢ συζῶντας ἀσελγείᾳ. ὁ γὰρ δῆμος, ὡς εἶπον, ἐξῄρει τὸν φόβον τῶν κωμῳδούντων, φιλοτίμως τῶν τοὺς τοιούτους βλασφημούντων ἀκούων. Ἴσμεν γὰρ ὡς ἀντίκειται φύσει τοῖς πλουσίοις ἐξ ἀρχῆς ὁ δῆμος καὶ ταῖς δυσπραγίαις αὐτῶν ἥδεται.* Similia doctus et acutus Grammaticus adnotat pag. XXXV. *Ὑποθέσεις — τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας ἦσαν αὗται τὸ στρατηγοῖς ἐπιτιμᾶν καὶ δικασταῖς οὐκ ὀρθῶς δικάζουσι καὶ χρήματα συλλέγουσιν ἐξ ἀδικίας τισὶ καὶ μοχθηρὸν ἐπανῃρημένοις βίον.* ......

Sed neminem acerbius laesit Cratini immoderata libertas, quam virum egregium, qui ipse, ut re summam haberet auctoritatem, multas Atheniensibus illecebras obiecerat, quibus libertatis speciem, quam amplectebantur, iucundiorem aspectu faceret, crescentemque suam potentiam non callide extorsisse, sed oblatam a populo in se recepisse videretur, Periclem Xanthippi filium. In blandimentis, quibus Atheniensium omnium animos sibi conciliaverat, censenda est illa lenitas,

(1) Schol. Luciani, T. II. p. 696. *Κωμῳδεῖ δὲ [Καλλίαν] Κρατῖνος καὶ ὡς Φώκου γυναῖκα μοιχεύσαντα καὶ τρία τάλαντα δόντα εἰς τὸ μὴ κριθῆναι.*

qua crescentem Comoediae petulantiam, quam civibus gratissimam videbat, coërcere noluit: sollerter intelligens his poëtarum iocis placari magis invidiam civium quam incendi. Deinde initio Pericles, quum variis inimicorum insidiis et factionibus circumveniretur, coactus est pleraque gratificari populo, exspectans meliora tempora, quibus adversariorum metu liberatus populum vel nolentem ad meliorem frugem et modestiam reducturus esset.

Quamdiu igitur Pericles, ut pulchre ait Plutarchus (1), erat χειροήθης τῷ δήμῳ καὶ ῥᾴδιος ὑπείκειν καὶ συνενδιδόναι ταῖς ἐπιθυμίαις, ὥσπερ πνοαῖς, τῶν πολλῶν, fieri aliter non potuit, quin comicam Musam quamvis proterviorem ludere aut conviciari aequo animo passus sit, aut etiam ex suis opibus fabularum edendarum magnificentiam auxerit: in quam sententiam egregie explicari poterit Plutarchi locus (2), ubi ἄλλαις τε μισθοφοραῖς καὶ χορηγίαις συνδεκάσας τὸ πλῆθος dicitur: nam non potuit magis abblandiri civibus, quam ea ornando, quae et oblectamento erant et libertati tuendae esse putabantur. At ne sic quidem Comicorum mordacitatem effugit, qui quidquid in rep. male geri videbatur, Periclem arguebant aut abutentem nimia auctoritate aut socordius utentem. Et circa haec fere tempora, ea dico, quibus cum Pericle potentes nobilium factiones de principatu contendebant, atque hic omnibus artibus incensa plebis in se studia confirmare nitebatur, suspicor comicos audacius aliquod et κωμικώτερον esse molitos, quod boni cives in summa indi-

(1) In *Pericl.* cap. XV.
(2) In *Pericl.* cap. IX.

gnatione tamen non ausi sunt legum vinculis coërcere. Nempe tum demum coniicio poëtas vel magis unum poëtam Cratinum eo audaciae esse progressum, ut viros summos, in his ipsum Periclem, persona ceterisque omnibus ad maximam similitudinem accommodatis, produceret in scenam ea dicentes et agentes, quibus aut risus civium aut odium et invidia adversus eos excitarentur.

Non est simile veri, in ipsis comoediae primordiis licentiam eo usque fuisse progressam, sed paulatim crevisse aucta confirmataque populi potentia, quo tempore, auctore Platonio *περὶ διαφ. κωμ.* pag. XXXIII. *τὰ τῆς δημοκρατίας ἐκράτει παρ᾽ Ἀθηναίοις, καὶ τὴν ἐξουσίαν σύμπασαν ὁ δῆμος εἶχεν, αὐτὸς αὐτοκράτωρ καὶ κύριος τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ὑπάρχων.* Neque etiam serius potuit hic mos invaluisse, nam constat luculento Cratini fragmento in *Θρᾴτταις* apud Plutarch. in vit. Per. cap. XIII. (quam fabulam non serius quam Olympiade LXXXIV. ineunte doctam esse ex hoc ipsò loco luculenter conficitur. vid. Meinek. *H. C. C.* pag. 46. Th. Bergk. *Comm. de C. A.* pag. 90.) ipsum Periclem fuisse productum in scenam: prodeuntem autem nescio quis conspicatus sic loquitur:

Ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὁδὶ προσέρχεται
Ὁ Περικλέης, τῴδεῖον ἐπὶ τοῦ κρανίου
Ἔχων, ἐπειδὴ τοὔστρακον παροίχεται.

quo nihil potest petulantius in virum egregium dici: simul increpatur populi inertia, qui siverit testarum iudicium obsoletum esse factum ac prope in desuetudinem abiisse (*παροίχεσθαι*): unde factum sit, ut Pericli animi creverint. Praeterea abnormi capite deformem

in conspectum populi venisse verisimile est, quo magis mordax iocus totius caveae excitaret cachinnos. Quid animi in hac effrenata comoediae libidini Pericli fuisse censeamus, aut quidquid erat Athenis nobiliorum civium? Sed mussitanda erat iniuria: deinde, uti diximus, Attici, si cui probe maledixissent, satis poenarum sumsisse se putabant placaverantque invidiam: unde Pericles ferendo maledicta auctoritatem suam et gratiam confirmabat. Neque etiam statim, postquam adversarios omnes devicerat ac solus res Atheniensium sollerter moderabatur, ineunte Olympiade LXXXIV. (vid. Clinton. in *Fast. Hell.* pag. 54. Krueg.) de intoleranda Comicorum audacia legum vinculis coërcenda cogitasse videtur. Fortasse nondum satis civium animis et studiis erga se fidebat, ut populo oblectamenta gratissima et praesidium, sicuti sibi persuadebant, contra increscentem nobiliorum potentiam extorquere auderet. Brevi post exortum est atrocissimum bellum cum Samiis, qui Persarum auxilio feroces et Democratiae infesti tantis copiis valebant, ut periculum esset ne Atheniensibus maris imperium dubium facerent. Cf. quae de hoc bello, quod blanda Aspasia excitaverat scilicet, scripsi in *Prosopogr. Xenoph.* pag. 80. In tanta re mittitur cum classe Pericles praetor, qui primum rem felicitur gessit, sed dum abest, ut Phoenicum classi obviam tenderet, Atheniensium exercitus et classis satis turpi clade afficiuntur. Redux Pericles res lapsas restituit, virtute et consilio Samios nono mense expugnat et ad laetos victoria cives revertitur (1).

---

(1) Rem satis notam vide ap. Thucyd. I. 115. sqq. Plut.. in *Per.* cap. XXV. sqq. Diod. Sic. XII. 27. sq,

Eodem anno perlata lex est, qua petulantiae poëtarum obviam itum est. Ad Aristophanis *Acharnenses* vs. 65. seqq.

> *Ἐπέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν*
> *Μισθὸν φέροντας δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας*
> *Ἐπ' Εὐθυμένους ἄρχοντος.*

scholiasta haud dubie antiquissimus adscripsit eximii pretii annotationem, neque tamen satis expedio, cur hoc potissimum loco deposuerit: Ἐπ' Εὐθυμένους ἄρχοντος] Οὗτος ὁ ἄρχων, ἐφ' οὗ κατελύθη τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν, γραφὲν ἐπὶ Μορυχίδου, καὶ ἴσχυσεν ἐκεῖνόν τε τὸν ἐνιαυτὸν καὶ δύο τοὺς ἑξῆς ἐπὶ Γλαυκίδου (ita certatim correctum est ἐπιμένου (1)) τε καὶ Θεοδώρου, μεθ' οὓς ἐπ' Εὐθυμένους κατελύθη.

Itaque lege prohibiti sunt comici per tres deinceps annos μὴ κωμῳδεῖν, Olymp. LXXXV. 1—4. et operae pretium est indagare, quis legem tulerit, deinde quid lege fuerit vetitum. Sed quis iam est, qui non facile intelligat, nisi a Pericle, legem huiusmodi a nemine populo suaderi vel, ut rectius dicam, populo extorqueri potuisse? Solius Periclis eloquentia, qua veluti ἐπῳδαῖς (Xenoph. *Mem.* II. 6. 13.) populum ducebat hiantem, id efficere potuit, ut viros primarios indignos tali contumelia putarent, patronosque suos libertatisque vindices veluti proderent. Dubitari non potest, quin Pericles et amici, per quos, praesertim nascente auctoritate, graviora omnia peragebat, prudentissime

---

(1) Dindorfium *Γλαυκίνου* e *Didascalia Alcestidis* reponentem sequitur Bergkius *Comm.* pag. 143. Potior tamen videtu Clintoni aliorumque sententia.

observaverint opportunitatem, qua populo quamvis repugnanti suas delicias blande eriperent, sive in ipso gravissimi belli apparatu, quo tempore maxime carent invidia a quorum virtute victoria exspectatur, sive post laetum expugnatae Sami nuntium, quam victoris laudes ab hilari plebe effusae celebrarentur.

Denique facilis suspicio est, Periclem ad amoliendam invidiam non ex sua persona decretum rogasse, sed immisisse ex amicis aliquem, Ephialtem an Agnonem an alium, qui suum nomen Plebiscito adscriberet: idque veri simillimum est in hac re non neglexisse Periclem, qui circa haec tempora *τοῦ δήμου τὸ συνεχὲς φεύγων καὶ τὸν κόρον — ἑαυτὸν πρὸς τὰς μεγάλας χρείας ἐπιδιδοὺς τἄλλα φίλους καὶ ῥήτορας καθιεὶς ἔπραττεν* (1), praesertim quum legem ferret plerisque civibus molestam, sibi uni omnium maxime iucundam. Sed utut id est, nam destituti omnibus veterum monumentorum subsidiis nil nisi coniecturas probabiles hic sequimur, extra controversiam videtur positum, Periclem primum fuisse qui nimis lascivientem Musam comicam severe represserit: quae res, quamquam nemo quod sciam diserte ostendit, Periclis vitam et Atheniensium historiam diligenter excutientes fallere non potest, quemadmodum non latuit Clarissium, qui res Periclis ordine enarrans, ubi ad haec tempora venit, post debellatos Samios comoediae licentiam a Pericle coërcitam scripsit in Comment. *de Pericle*, pag. 36.

Sed aliquanto gravius est scire, quidnam lege fuerit vetitum: nam ipsa Grammatici verba, *τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν*, quae ex uberiore commentario sunt con-

(1) Plut. in *Per.* cap. VII.

tracta, obscura sunt et varias sententias pepererunt. Ac primum fuerunt qui ita acciperent, quasi omnino docere comoedias fuerit vetitum, et prorsus comici per illud triennium conticuerint: quod quominus probari possit vel ratio Dionysiorum prohibet, quorum celebratio huiuscemodi ludis non poterat carere, et disertissimis indiciis constat actas fuisse id temporis comicorum fabulas. Nam opportune ad nostra tempora perduravit Didascalia, marmori insculpta, unde discimus, qui poëtae quibus fabulis his ipsis Archontibus victoriam reportaverint. Edidit primus G. A. Odericus Romae 1777, (Cf. Wyttenb. *Bibl. Crit.* Vol. II. part. VII. p. 47.) unde recepit Boeckhius in *Corp. Inscriptt.* T. I. N. 229. Leguntur ibi inter plura poëtarum comicorum et Archontum nomina haec:

ΕΠΙ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΣΑΤΥΡΟΙΣ

i. e. Olymp. LXXXV. 3.

et mox

Ι ΕΠΙ ΜΟΡΥΧΙΔΟΥ
ΟΣ ΚΟΔΕΟΦΟΡΟΙΣ

i. e. eiusdem Olymp. anno primo.

Nullus igitur superest dubitandi locus, quin poëtae comoedias docere perrexerint, neque id fuisse lege imperatum, ut comoedia antiquaretur, quod sine controversia a populo nullis rationibus nisi per vim impetrari potuisset. Neque adeo opus est Larcheri coniectura ad Herodotum VII. p. 562, quam Clintonus probare videtur pag. 59. ita scriptas fuisse istas fabulas, ut legem eluderent: quod satis obscure dictum est, neque in huiuscemodi re fieri umquam potuisse arbi-

tron. Fuerunt igitur, qui aliud quid suspicarentur: nempe disertis verbis in lege id fuisse vetitum, ne quis alicuius civis famam in fabula laederet, neve convicia et opprobria nominatim in aliquos iactarentur: ac sane ni aliunde meliora constarent, admodum probabilis ac paene certa opinio haec posset haberi: nam κωμῳδεῖν τινα eo sensu optime dici potest, atque id ipsum in comoedia his temporibus erat intolerandum. Adversatur tamen eadem fere difficultas, quamobrem certum est non potuisse comoedias prorsus intermitti; nempe traditum a maioribus morem, in solemnitate Bacchi receptum, ut in Dionysiorum hilaritate lepidis iocis et dicteriis paulo mordacioribus liberius luderetur, non potuisse sine libertatis detrimento lege tolli. Propter immodicam recentis aetatis poëtarum licentiam avita libertas iocandi et nonnullos, id quod maxime plebeculae movebat cachinnos, nominatim salse carpendi neque imminui poterat, nedum omnino opprimi. Itaque nihil aliud comicis ademtum est, nisi illud, quod ipsi crescente audacia in summorum virorum contumeliam pristinae libertati addiderant, vetitumque adeo est, ne quem civem forma et habitu ad maximam similitudinem artificiose expressis quasi praesentem sic inducerent loquentem et agentem, ut ridendus aut etiam odio habendus spectanti turbae proponeretur. Hoc autem est, quod Atticis scriptoribus et deinde eruditis Grammaticis exquisite dicitur κωμῳδεῖν τινα et κωμῳδεῖσθαι. Graeci recentiores, ut rem nomine obscuram (nam κωμῳδεῖν mox latiore significatione creberrime usurpatum est) magis perspicue declararent, ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν et κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος et αὐτοπροσώπως dicere solebant.

Quid esset κωμῳδεῖν τινα luculentissime potuisset ostendere Cicero, cuius locus de Rep. IV. 10. quem servavit Augustinus *de C. D.* II. 9. in hac quaestione celebratissimus est, modo per librarios licuisset: *Apud Graecos*, ait Cicero, *fuit etiam lege concessum, ut quod vellet comoedia de quo vellet nominatim diceret*; et interpositis nonnullis, quae Augustinus omisit; *Quem illa non attigit? vel potius quem non vexavit? cui pepercit? Esto, populares homines, improbos in rempublicam, seditiosos, Cleonem, Cleophontem, Hyperbolum laesit. Patiamur: etsi eiusmodi cives a censore melius est quam a poëta notari.* (Agnoscas Romanum, cui non antiqua Atheniensium civitas sed sua ob oculos versetur.) *Sed Periclem, cum iam suae civitati maxima auctoritate plurimos annos domi et belli praefuisset, violari versibus et eos agi in scena non plus decuit, quam si Plautus noster voluisset aut Naevius P. et Cn. Scipioni, aut Caecilius M. Catoni maledicere.* Quid autem est, cur Cicero hos versus in scena actos fuisse diserte addiderit? neque *aguntur* versus, sed fabulae partes. Quid multa? Cicero mihi scripsisse videtur: *sed Periclem — violari versibus et agi in scena non — decuit.* Ipse Pericles vultu et omni habitu cultuque corporis ad similitudinem conformatis *agebatur in scena*, ἐκωμῳδεῖτο, ut Cleon, Socrates, Euripides totque alii in Aristophanis fabulis in scena aguntur, utque ipse Aristophanes Cleonem *egisse* dici potest, et *agere Chaeream* aut *Ballionem* dicitur. Sic demum ex Ciceronis loco rationem legis, quae κωμῳδεῖν vetabat, clare perspicimus, et mirandum est quomodo et alii et inprimis Berghius in *App. Quaestt. Aristoph.* Fritzschii pag. 319, prorsus idem ex corrupto loco confecerint.

tonis Comici reliquias, in quibus illustrandis et emendandis studiorum specimen ederem. At mox publica auctoritate profecturus ex patria ad explorandos in celeberrimis Europae Bibliothecis Graecos Simplicii Codd. MSS., malui illud editionis consilium nunc quidem omittere, et his in Platonem observationibus defungi, in quibus locos quosdam in hoc argumento praecipuos de industria explicui. Si me Deus in patriam reduxerit, editionem, quam paraveram, δευτέραι φροντίδες et novae fortasse accessiones e Grammaticis ineditis, facient commendatiorem.

De ipsis his observationibus nihil est, quod dicam, praeter hoc unum: ubi dissentiendum fuit a viris, quorum eruditionem et acumen magni facio, (idque saepissime factum est, quia non attinebat apponere quae alii dudum recte vidissent) conatus sum rationes cur dissentirem, modeste et cum lenitate verborum significare. Itaque si quid forte inclementius dictum possit videri, aut fervore aetatis excidit imprudenti, aut extorsit vis veritatis et indignatio, quum viderem qui tumultuaria opera sua in rebus difficillimis contenti viros summos prae sese contemnerent. Nam ita quemque in his literis videre rectissimum arbitror, ut optime magnorum virorum praestantiam persentire possit.

Scribebam Lugduni-Batavorum d. XIII. m. Oct. a. CIƆIƆCCCXL.

CAPUT PRIMUM.

Historia Comoediae Atticae Antiquae.

Vita privata Poëtae comici Athenis perparum aut nihil memorabile solebat habere. Hinc de Platonis rebus, si inimicitias, quas cum Aristophane exercuit, exceperis, prorsus nihil compertum est, quod fabularum reliquiis possit afferre lucem. Sed nonnulla melius intelligentur et non pauca, quae nunc sunt obscurissima aut perperam accipiuntur, clara videbuntur et facilia, si quis Comoediae Atticae historiam et fata, quae Platonis maxime aetate varia fuerunt, paulo diligentius enucleata ad singulorum comicorum reliquias adhibuerit. Quod quum ut ceteris omnibus, ita etiam Platonicis fragmentis perinsignem habeat utilitatem, quam fieri potest brevissime Comoediae Antiquae historiam ex tenuibus indiciis eruere conabimur.

Atticorum, quae dici solet, Vetus Comoedia, ἡ ἀρχαία, Cratinum habuit parentem, quemadmodum Tragoedia Aeschylum. Comoedia Megarensis, Susarion, Myllus, Chionides, Ecphantides iocos quosdam rudes et plebeios et dicteria et nonnunquam convicia nulla

arte composita vel ornata, sed fere acuto et mordaci ingenio subnata proferentes non magis pro poëtis comicis habendi sunt, quam Thespis ad Tragicos potest referri. Divinum autem fere fuit in Cratino ingenium, qui ex incompositis facetiis salibusque magis mordacibus quam lepidis et ingeniosis effecit illud fabularum genus, quod sine exemplo fuit elegantissimum et patriae civibusque utilissimum: quale etiam nusquam terrarum nisi Athenis et in Democratia Attica oriri potuit ortumque florere. Namque ea fuit semper Atticorum Democratiae ratio, ut multitudo populi, avida libertatis, quae acuta omnium ingenia in dies reddebat acutiora, viros primarios, quibus nobilitas generis, opes, virtutes belli et pacis prae reliquis omnibus gratiam et auctoritatem conciliaverant, modo tamquam praesentes Deos veneraretur, modo suspicax et libertati suae anxie sollicita invidia et odio persequeretur. Hinc incredibili animorum mobilitate eosdem, quos laudibus ad coelum extulerant, maledicentissimis conviciis opprobriisque lacerabant, quasi sic invidiae anxiaeque sollicitudini requiem inventuri essent, neque foret periculum, ne iis insolescerent animi, quos, etiam inique et nil tale commeritos, probe increpuissent ludibrioque palam habuissent. Qui autem auctoritate et consiliis in rep. pollebant viri principes, popularium animos bene callentes neque nescii a maledicentibus et cavillantibus civibus nihil sibi imminere periculi, non iniquo animo vulgi voculas et dicteria perferebant: aut etiam inviti atrocissimas criminationes et calumnias vulgo iactatas non reprimebant, scilicet ne quid gravius paterentur. Atque hisce Democratiae Atticae temporibus nata est licentia, ut liceret

plebi quidvis de quovis optimatium impune iactare. Itaque in familiari sermone (1), in concionibus, in festorum maxime hilaritate assuefiebant maledicendo plebeculae Atticae ingenia, Optimates contra et omnes, qui fortunae dotibus aut ingenii excellebant, lascivientis populi et sic demum firmam libertatem existimantis mordaces iocos ferre aequis animis et contemnere discebant. Atque ex his initiis succrevit comoedia, auctore imprimis Cratino, qui primus populares opiniones, ad hoc usque tempus temere per vulgus sparsas, ingeniose in argumenta comica illigavit, et veluti animatas in scenam produxit, easdem iocis facetiisque iucundissimis conspersit, expolivit dicendi elegantia et poëticae veneribus et luminibus illustravit, tantumque tulit ab omnibus plausum, ut non solum festivissimus poëta, sed etiam libertatis Atticae adversus potentiorum fastum et arrogantiam, sicuti putabatur, acerrimus vindex videretur. Atque haec quidem omnia, quae Atticorum ingeniis dignissima sunt, ex Cratini fragmentis et historia Attica luculenter confirmantur, neque opus est multis in re, quae hodie eruditissimorum virorum studio certissima est. Vid. Meinekius in *Hist. Crit. Com. Graec.* p. 49. sqq. et Theod. Bergkius in *Commentt. de Reliq. Com. Att. Antiquae* statim ab initio.

Fretus autem aura populari audax Poëta nemini pepercit: in reprehendendo et irridendo acerrimus quidquid aut in reip. administratione aut in singulorum vita ac moribus videbatur ineptum et pravum,

---

(1) Operae pretium est conferre Xenophontis *Conviv.* II. 14. III. 11.

coram omnibus Atheniensibus magna cum libertate notabat: et quamvis lepidissimum ingenium omnia facetiis scite vestire et mitigare facile potuisset, in exagitandis tamen, quae populo et sibi displicebant, Archilochi rabiem aemulatus est, et iratus atque indignatus nudo, quod aiunt, capite convicia et maledicta in improborum capita evomuit. Platonius *περὶ διαφορᾶς χαρακτήρων* pag. XXVII. in Ed. Arist. Invern. *Κρατῖνος ὁ τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας ποιητὴς ἅτε δὴ κατὰ τὰς Ἀρχιλόχου ζητήσεις, αὐστηρὸς μὲν ταῖς λοιδορίαις ἐστὶν — ἁπλῶς καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τίθησι τὰς βλασφημίας κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων.* ubi miror non receptam pulcherrimam Hemsterhusii coniecturam, *ἅτε δὴ καὶ τὰ τοῦ Ἀρχιλόχου ζηλώσας*, quam ex summi viri annot. Ms. protulit I. Geelius in *Bibl. Crit. Nov.* T. IV. pag. 8. qua spreta viri docti nescio quo iudicii errore reposuerunt aut *κατὰ τὰς Ἀριστάρχου ζητήσεις*, ut Meinekius *Quaestt. Scen.* I, pag. 19. quo iterum reiecto *ἅτε δὴ καταχήνας Ἀ. ζηλώσας* correxit idem in *H. C. Com.* pag. 53. aut *ἅτε δὴ ἰάμβους Ἀ. ζηλώσας*, quae coniectura nollem excidisset Lehrsio in libro egregio *de Aristarchi Studiis Homericis* pag. 25, aut *κατὰ τὰς Ἀρχ. εἰσηγήσεις*, aut *κατὰ τὰς Ἀ. ζηλώσεις*, quae duplex coniectura indigna est auctore Theod. Bergkio in *Comm. de C. A.* pag. 4.

In eandem sententiam de Cratino loquitur incertus auctor de Comoed. pag. XXXIII. *Ἐπιγενόμενος δὲ ὁ Κρατῖνος — τῷ χαρίεντι τῆς κωμῳδίας τὸ ὠφέλιμον προσέθηκε, τοὺς κακῶς πράττοντας* (reponendum *τι πράττοντας*, ne inepte sit dictum) *διαβάλλων καὶ ὥσπερ δημοσίᾳ μάστιγι τῇ κωμῳδίᾳ κολάζων.* Effrenata igitur licentia non solum si quis erat moe-

chus (1) aut sicarius, aut alioqui famosus, eum palam proscindebat conviciis, sed viros de rep. domi militiaeque optime meritos, et nobilitate generis et opibus conspicuos lubenter coram plaudente populo traducere coepit, indignantibus quidem melioribus omnibus, sed metu saevitiae populi oppressis. *Ἰσηγορίας οὖν πᾶσιν ὑπαρχούσης*, ut ait Platonius *de variis comoediarum generibus* pag. XXXIII. *ἄδειαν οἱ τὰς κωμῳδίας συγγράφοντες εἶχον τοῦ σκώπτειν καὶ στρατηγοὺς καὶ δικαστὰς τοὺς κακῶς δικάζοντας καὶ τῶν πολιτῶν τινὰς ἢ φιλαργύρους ἢ συζῶντας ἀσελγείᾳ. ὁ γὰρ δῆμος, ὡς εἶπον, ἐξῄρει τὸν φόβον τῶν κωμῳδούντων, φιλοτίμως τῶν τοὺς τοιούτους βλασφημούντων ἀκούων. Ἴσμεν γὰρ ὡς ἀντίκειται φύσει τοῖς πλουσίοις ἐξ ἀρχῆς ὁ δῆμος καὶ ταῖς δυσπραγίαις αὐτῶν ἥδεται.* Similia doctus et acutus Grammaticus adnotat pag. XXXV. *Ὑποθέσεις — τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας ἦσαν αὗται τὸ στρατηγοῖς ἐπιτιμᾷν καὶ δικασταῖς οὐκ ὀρθῶς δικάζουσι καὶ χρήματα συλλέγουσιν ἐξ ἀδικίας τισὶ καὶ μοχθηρὸν ἐπανῃρημένοις βίον*......

Sed neminem acerbius laesit Cratini immoderata libertas, quam virum egregium, qui ipse, ut re summam haberet auctoritatem, multas Atheniensibus illecebras obiecerat, quibus libertatis speciem, quam amplectebantur, iucundiorem aspectu faceret, crescentemque suam potentiam non callide extorsisse, sed oblatam a populo in se recepisse videretur, Periclem Xanthippi filium. In blandimentis, quibus Atheniensium omnium animos sibi conciliaverat, censenda est illa lenitas,

(1) Schol. Luciani, T. II. p. 696. *Κωμῳδεῖ δὲ [Καλλίαν] Κρατῖνος καὶ ὡς Φώκου γυναῖκα μοιχεύσαντα καὶ τρία τάλαντα δόντα εἰς τὸ μὴ κριθῆναι.*

qua crescentem Comoediae petulantiam, quam civibus gratissimam videbat, coërcere noluit: sollerter intelligens his poëtarum iocis placari magis invidiam civium quam incendi. Deinde initio Pericles, quum variis inimicorum insidiis et factionibus circumveniretur, coactus est pleraque gratificari populo, exspectans meliora tempora, quibus adversariorum metu liberatus populum vel nolentem ad meliorem frugem et modestiam reducturus esset.

Quamdiu igitur Pericles, ut pulchre ait Plutarchus (1), erat χειροήθης τῷ δήμῳ καὶ ῥᾴδιος ὑπείκειν καὶ συνενδιδόναι ταῖς ἐπιθυμίαις, ὥσπερ πνοαῖς, τῶν πολλῶν, fieri aliter non potuit, quin comicam Musam quamvis proterviorem ludere aut conviciari aequo animo passus sit, aut etiam ex suis opibus fabularum edendarum magnificentiam auxerit: in quam sententiam egregie explicari poterit Plutarchi locus (2), ubi ἄλλαις τε μισθοφοραῖς καὶ χορηγίαις συνδεκάσας τὸ πλῆθος dicitur: nam non potuit magis abblandiri civibus, quam ea ornando, quae et oblectamento erant et libertati tuendae esse putabantur. At ne sic quidem Comicorum mordacitatem effugit, qui quidquid in rep. male geri videbatur, Periclem arguebant aut abutentem nimia auctoritate aut socordius utentem. Et circa haec fere tempora, ea dico, quibus cum Pericle potentes nobilium factiones de principatu contendebant, atque hic omnibus artibus incensa plebis in se studia confirmare nitebatur, suspicor comicos audacius aliquod et κωμικώτερον esse molitos, quod boni cives in summa indi-

(1) In *Pericl.* cap. XV.
(2) In *Pericl.* cap. IX.

gnatione tamen non ausi sunt legum vinculis coërcere. Nempe tum demum coniicio poëtas vel magis unum poëtam Cratinum eo audaciae esse progressum, ut viros summos, in his ipsum Periclem, persona ceterisque omnibus ad maximam similitudinem accommodatis, produceret in scenam ea dicentes et agentes, quibus aut risus civium aut odium et invidia adversus eos excitarentur.

Non est simile veri, in ipsis comoediae primordiis licentiam eo usque fuisse progressam, sed paulatim crevisse aucta confirmataque populi potentia, quo tempore, auctore Platonio *περὶ διαφ. κωμ.* pag. XXXIII. *τὰ τῆς δημοκρατίας ἐκράτει παρ' Ἀθηναίοις, καὶ τὴν ἐξουσίαν σύμπασαν ὁ δῆμος εἶχεν, αὐτὸς αὐτοκράτωρ καὶ κύριος τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ὑπάρχων.* Neque etiam serius potuit hic mos invaluisse, nam constat luculento Cratini fragmento in *Θρᾴτταις* apud Plutarch. in vit. Per. cap. XIII. (quam fabulam non serius quam Olympiade LXXXIV. ineunte doctam esse ex hoc ipso loco luculenter conficitur. vid. Meinek. *H. C. C.* pag. 46. Th. Bergk. *Comm. de C. A.* pag. 90.) ipsum Periclem fuisse productum in scenam: prodeuntem autem nescio quis conspicatus sic loquitur:

> *Ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὁδὶ προσέρχεται*
> *Ὁ Περικλέης, τῴδεῖον ἐπὶ τοῦ κρανίου*
> *Ἔχων, ἐπειδὴ τοὔστρακον παροίχεται.*

quo nihil potest petulantius in virum egregium dici: simul increpatur populi inertia, qui siverit testarum iudicium obsoletum esse factum ac prope in desuetudinem abiisse (*παροίχεσθαι*): unde factum sit, ut Pericli animi creverint. Praeterea abnormi capite deformem

in conspectum populi venisse verisimile est, quo magis mordax iocus totius caveae excitaret cachinnos. Quid animi in hac effrenata comoediae libidini Pericli fuisse censeamus, aut quidquid erat Athenis nobiliorum civium? Sed mussitanda erat iniuria: deinde, uti diximus, Attici, si cui probe maledixissent, satis poenarum sumsisse se putabant placaverantque invidiam: unde Pericles ferendo maledicta auctoritatem suam et gratiam confirmabat. Neque etiam statim, postquam adversarios omnes devicerat ac solus res Atheniensium sollerter moderabatur, ineunte Olympiade LXXXIV. (vid. Clinton. in *Fast. Hell.* pag. 54. Krueg.) de intoleranda Comicorum audacia legum vinculis coërcenda cogitasse videtur. Fortasse nondum satis civium animis et studiis erga se fidebat, ut populo oblectamenta gratissima et praesidium, sicuti sibi persuadebant, contra increscentem nobiliorum potentiam extorquere auderet. Brevi post exortum est atrocissimum bellum cum Samiis, qui Persarum auxilio feroces et Democratiae infesti tantis copiis valebant, ut periculum esset ne Atheniensibus maris imperium dubium facerent. Cf. quae de hoc bello, quod blanda Aspasia excitaverat scilicet, scripsi in *Prosopogr. Xenoph.* pag. 80. In tanta re mittitur cum classe Pericles praetor, qui primum rem felicitur gessit, sed dum abest, ut Phoenicum classi obviam tenderet, Atheniensium exercitus et classis satis turpi clade afficiuntur. Redux Pericles res lapsas restituit, virtute et consilio Samios nono mense expugnat et ad laetos victoria cives revertitur (1).

---

(1) Rem satis notam vide ap. Thucyd. I. 115. sqq. Plut.. in *Per.* cap. XXV. sqq. Diod. Sic. XII. 27. sq,

Eodem anno perlata lex est, qua petulantiae poëtarum obviam itum est. Ad Aristophanis *Acharnenses* vs. 65. seqq.

> *Ἐπέμψαθ᾽ ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν*
> *Μισθὸν φέροντας δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας*
> *Ἐπ᾽ Εὐθυμένους ἄρχοντος.*

scholiasta haud dubie antiquissimus adscripsit eximii pretii annotationem, neque tamen satis expedio, cur hoc potissimum loco deposuerit: Ἐπ᾽ Εὐθυμένους ἄρχοντος] *Οὗτος ὁ ἄρχων, ἐφ᾽ οὗ κατελύθη τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν, γραφὲν ἐπὶ Μορυχίδου, καὶ ἴσχυσεν ἐκεῖνόν τε τὸν ἐνιαυτὸν καὶ δύο τοὺς ἑξῆς ἐπὶ Γλαυκίδου* (ita certatim correctum est *ἐπιγμένου* (1)) *τε καὶ Θεοδώρου, μεθ᾽ οὓς ἐπ᾽ Εὐθυμένους κατελύθη.*

Itaque lege prohibiti sunt comici per tres deinceps annos *μὴ κωμῳδεῖν*, Olymp. LXXXV. 1—4. et operae pretium est indagare, quis legem tulerit, deinde quid lege fuerit vetitum. Sed quis iam est, qui non facile intelligat, nisi a Pericle, legem huiusmodi a nemine populo suaderi vel, ut rectius dicam, populo extorqueri potuisse? Solius Periclis eloquentia, qua veluti *ἐπῳδαῖς* (Xenoph. *Mem.* II. 6. 13.) populum ducebat hiantem, id efficere potuit, ut viros primarios indignos tali contumelia putarent, patronosque suos libertatisque vindices veluti proderent. Dubitari non potest, quin Pericles et amici, per quos, praesertim nascente auctoritate, graviora omnia peragebat, prudentissime

(1) Dindorfium *Γλαυκίνου* e *Didascalia Alcestidis* reponentem sequitur Bergkius *Comm.* pag. 143. Potior tamen videtu Clintoni aliorumque sententia.

observaverint opportunitatem, qua populo quamvis repugnanti suas delicias blande eriperent, sive in ipso gravissimi belli apparatu, quo tempore maxime carent invidia a quorum virtute victoria exspectatur, sive post laetum expugnatae Sami nuntium, quam victoris laudes ab hilari plebe effusae celebrarentur.

Denique facilis suspicio est, Periclem ad amoliendam invidiam non ex sua persona decretum rogasse, sed immisisse ex amicis aliquem, Ephialtem an Agnonem an alium, qui suum nomen Plebiscito adscriberet: idque veri simillimum est in hac re non neglexisse Periclem, qui circa haec tempora τοῦ δήμου τὸ συνεχὲς φεύγων καὶ τὸν κόρον — ἑαυτὸν πρὸς τὰς μεγάλας χρείας ἐπιδιδοὺς τἄλλα φίλους καὶ ῥήτορας καθιεὶς ἔπραττεν (1), praesertim quum legem ferret plerisque civibus molestam, sibi uni omnium maxime iucundam. Sed utut id est, nam destituti omnibus veterum monumentorum subsidiis nil nisi coniecturas probabiles hic sequimur, extra controversiam videtur positum, Periclem primum fuisse qui nimis lascivientem Musam comicam severe represserit: quae res, quamquam nemo quod sciam diserte ostendit, Periclis vitam et Atheniensium historiam diligenter excutientes fallere non potest, quemadmodum non latuit Clarissium, qui res Periclis ordine enarrans, ubi ad haec tempora venit, post debellatos Samios comoediae licentiam a Pericle coërcitam scripsit in Comment. *de Pericle*, pag. 36.

Sed aliquanto gravius est scire, quidnam lege fuerit vetitum: nam ipsa Grammatici verba, τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν, quae ex uberiore commentario sunt con-

(1) Plut. in *Per.* cap. VII.

tracta, obscura sunt et varias sententias pepererunt. Ac primum fuerunt qui ita acciperent, quasi omnino docere comoedias fuerit vetitum, et prorsus comici per illud triennium conticuerint: quod quominus probari possit vel ratio Dionysiorum prohibet, quorum celebratio huiuscemodi ludis non poterat carere, et disertissimis indiciis constat actas fuisse id temporis comicorum fabulas. Nam opportune ad nostra tempora perduravit Didascalia, marmori insculpta, unde discimus, qui poëtae quibus fabulis his ipsis Archontibus victoriam reportaverint. Edidit primus G. A. Odericus Romae 1777, (Cf. Wyttenb. *Bibl. Crit.* Vol. II. part. VII. p. 47.) unde recepit Boeckhius in *Corp. Inscriptt.* T. I. N. 229. Leguntur ibi inter plura poëtarum comicorum et Archontum nomina haec:

ΕΠΙ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΣΑΤΥΡΟΙΣ

i. e. Olymp. LXXXV. 3.

et mox

Ι ΕΠΙ ΜΟΡΥΧΙΔΟΥ
ΟΣ ΚΟΔΕΟΦΟΡΟΙΣ

i. e. eiusdem Olymp. anno primo.

Nullus igitur superest dubitandi locus, quin poëtae comoedias docere perrexerint, neque id fuisse lege imperatum, ut comoedia antiquaretur, quod sine controversia a populo nullis rationibus nisi per vim impetrari potuisset. Neque adeo opus est Larcheri coniectura ad Herodotum VII. p. 562, quam Clintonus probare videtur pag. 59. ita scriptas fuisse istas fabulas, ut legem eluderent: quod satis obscure dictum est, neque in huiuscemodi re fieri umquam potuisse arbi-

tron. Fuerunt igitur, qui aliud quid suspicarentur: nempe disertis verbis in lege id fuisse vetitum, ne quis alicuius civis famam in fabula laederet, neve convicia et opprobria nominatim in aliquos iactarentur: ac sane ni aliunde meliora constarent, admodum probabilis ac paene certa opinio haec posset haberi: nam κωμῳδεῖν τινα eo sensu optime dici potest, atque id ipsum in comoedia his temporibus erat intolerandum. Adversatur tamen eadem fere difficultas, quamobrem certum est non potuisse comoedias prorsus intermitti; nempe traditum a maioribus morem, in solemnitates Bacchi receptum, ut in Dionysiorum hilaritate lepidis iocis et dicteriis paulo mordacioribus liberius luderetur, non potuisse sine libertatis detrimento lege tolli. Propter immodicam recentis aetatis poëtarum licentiam avita libertas iocandi et nonnullos, id quod maxime plebeculae movebat cachinnos, nominatim salse carpendi neque imminui poterat, nedum omnino opprimi. Itaque nihil aliud comicis ademtum est, nisi illud, quod ipsi crescente audacia in summorum virorum contumeliam pristinae libertati addiderant, vetitumque adeo est, ne quem civem forma et habitu ad maximam similitudinem artificiose expressis quasi praesentem sic inducerent loquentem et agentem, ut ridendus aut etiam odio habendus spectanti turbae proponeretur. Hoc autem est, quod Atticis scriptoribus et deinde eruditis Grammaticis exquisite dicitur κωμῳδεῖν τινα et κωμῳδεῖσθαι. Graeci recentiores, ut rem nomine obscuram (nam κωμῳδεῖν mox latiore significatione creberrime usurpatum est) magis perspicue declararent, ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν et κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος et αὐτοπροσώπως dicere solebant.

Quid esset κωμῳδεῖν τινα luculentissime potuisset ostendere Cicero, cuius locus de Rep. IV. 10. quem servavit Augustinus *de C. D.* II. 9. in hac quaestione celebratissimus est, modo per librarios licuisset: *Apud Graecos*, ait Cicero, *fuit etiam lege concessum, ut quod vellet comoedia de quo vellet nominatim diceret*; et interpositis nonnullis, quae Augustinus omisit; *Quem illa non attigit? vel potius quem non vexavit? cui pepercit? Esto, populares homines, improbos in rempublicam, seditiosos, Cleonem, Cleophontem, Hyperbolum laesit. Patiamur: etsi eiusmodi cives a censore melius est quam a poëta notari.* (Agnoscas Romanum, cui non antiqua Atheniensium civitas sed sua ob oculos versetur.) *Sed Periclem, cum iam suae civitati maxima auctoritate plurimos annos domi et belli praefuisset, violari versibus et eos agi in scena non plus decuit, quam si Plautus noster voluisset aut Naevius P. et Cn. Scipioni, aut Caecilius M. Catoni maledicere.* Quid autem est, cur Cicero hos versus in scena actos fuisse diserte addiderit? neque *aguntur* versus, sed fabulae partes. Quid multa? Cicero mihi scripsisse videtur: *sed Periclem — violari versibus et agi in scena non — decuit.* Ipse Pericles vultu et omni habitu cultuque corporis ad similitudinem conformatis *agebatur in scena*, ἐκωμῳδεῖτο, ut Cleon, Socrates, Euripides totque alii in Aristophanis fabulis in scena aguntur, utque ipse Aristophanes Cleonem *egisse* dici potest, et *agere Chaeream* aut *Ballionem* dicitur. Sic demum ex Ciceronis loco rationem legis, quae κωμῳδεῖν vetabat, clare perspicimus, et mirandum est quomodo et alii et inprimis Berghius in *App. Quaestt. Aristoph.* Fritzschii pag. 319, prorsus idem ex corrupto loco confecerint.

Possit iam suspicari aliquis hac novae legis lenitate non multum coërcitos fuisse comicorum spiritus, quandoquidem dicendi licentia nullo poenarum metu erat repressa. Sed aliter evenisse apparet. Poëtae ad pristinos iocos reverterunt, neque amplius moderatores reip. ceterosque, qui auctoritate valebant, cavillandi irridendique materiam habuerunt. Neque id mirum est: nam fictis personarum nominibus acquiescere coacti, mordax quidem dictum, quasi telum, poterant nonnumquam in eos, quos oderant, coniicere: sed languidum hoc seseque indignum videbatur iis, qui modo dicteriis per omnes impune, plaudente cavea, grassabantur. Sed ubi dico comicos, sentio propemodum de uno Cratino esse cogitandum, non quia deerant poëtae, sed quod a Cratini ingenio longe longeque erant diversi: de quibus verbo dicendum est. Ex antiquioribus imprimis Magnetem et Ecphantidem cum Cratino fabulis certasse veri simillimum est: uterque veterem facetiarum morem modumque servans, aut non multum certe novans, audaci Cratino comtemtui ludibrioque videtur fuisse. Festivitatem Magnetis, qui iocularibus inventis dudum populum oblectaverat, facili negotio superavit ingeniosissima nil reformidantis Cratini protervitas: quo factum ut senescentem Magnetem negligerent turpiter, quem iuvenem frequentissima palma ornaverant. vid. Arist. in *Equitt.* vss. 520. sqq. Multo etiam magis Ecphantidem, exigui ingenii poëtam, spretum a Cratino existimaverim, et speciosa est Meinekii coniectura, in *Hist. C. Com.* p. 36. cognomen *Καπνίας*, quo Ecphantidem διὰ τὸ μηδὲν λαμπρὸν γράφειν notabant (teste Hesychio in v.) ei fuisse a Cratino inditum. Deinde Lysippum habuit aequalem, quem constat auctoritate marmoreae

Didascaliae, quam supra verbo commemoravimus, circa haec ipsa tempora duas fabulas *Καταχῆνας* et *Βάκχας* docuisse. Vid. Meinek. *H. C. C.* pag. 216. coll. praeclara coniectura Bergkii *Comm.* pag. 143. sq. Lysippus quo ingenio fuerit, etsi ex paucissimis fragmentis confici non potest, tamen et ipsum Cratino spretum et exagitatum fuisse, facile coniicias e fragmento Parabaseos Baccharum, quod habet Pollux VII. 41.

Οὐδ' ἐπικνάψας καὶ θειώσας τὰς ἀλλοτρίας ἐπινοίας,

ubi aemuli poëtae iniurias propulsare verissime videtur Meinekio, neque veri dissimile est, eum Cratini contumeliis convicia et furti crimen reponere. Iam vero quemadmodum hosce omnes non credibile est magnopere exemplo Cratini incitatos principum in rep. virorum famam petulanter laesisse et licentia pristina quemvis nominatim carpendi multum abusos esse, sic certum est Cratetem, iocosum poëtam et lenioris ingenii, ab hac libidine prorsus abstinuisse: quod eo magis mirandum, si quis Cratetem iuvenem Cratini fabulas egisse histrionem cogitaverit (1), atque ita quanto populi plausu et admiratione magister floruerit, praesentem vidisse, imo etiam expertum esse, nempe partem laudis in histrionem redundare. Sed Crates indolem suam mitiorem secutus, et expers illius fervoris ingenii, cui nil nisi nova et audacia placent, lepidis argumentis lusit et *ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας* (Aristot. ap. Meinek. l. l.) morum notationes vitaeque imagines iucundissimas urbanis iocis conditas populo exhibuit saepe plaudenti, saepius prae mordacioribus reliquo-

(1) Cf. Meinek. *H. C. C.* pag. 59.

[illegible] ... originem non assumat ... [illegible]
[illegible] simultate ob licentiam severe re[illegible]
Quod ut in adolescentibus Teren[illegible]
[illegible] speciem, ita in Cratino [illegible]
[illegible] annos antiquata [illegible]
[illegible] repressa petulantia pa[illegible]
[illegible] conviciorum [illegible]
[illegible] verbo dicemus.
[illegible] argumenta ac pristinam fo[illegible]
[illegible] Cratinus, cum
[illegible] agere, temporum [illegible]
[illegible] cedere debui[illegible]
[illegible]

transfunditur, eo clariores tolluntur cachinni: neque etiam hac certe aetate et in Cratini carmine, qui invitus hoc genus attingebat, ex mythorum quasi involucris extricanda est sententia gravior, quae prudentiores spectatores non fefellerit scilicet. Haud dubie mediis facetiis intertextum fuit nonnihil aculeorum, quibus tacitum dolorem animi et odium in inimicos obscurius significaret: sed in pleraque fabula nil nisi risum et gaudia excitasse credibile est: neque multo facetior videtur fuisse, quam Euripidis Cyclops. Quod et ex aliis fragmentis sentiri potest, et imprimis ex hisce, quae adscribere operae pretium est. Polyphemus Ulyssis socios in antro inclusos et trepidantes sic alloquitur: (Athen. IX. pag. 385. C. et Poll. VI. 69.)

πάντας ἑλὼν ὑμᾶς ἐρίηρας ἑταίρους
Φρύξας, ἑψήσας, κἀπ' ἀνθρακιᾶς ὀπτήσας
Εἰς ἅλμην τε καὶ ὀξάλμην κᾆτ' ἐς σκοροδάλμην
Χλιαρὸν ἐμβάπτων, ὅς ἂν ὀπτότατός μοι ἁπάντων
Ὑμῶν φαίνηται, κατατρώξομαι, ὦ στρατιῶται.

et Ulysses Cyclopi vinum porrigens:

Τῆ νῦν τόδε πῖθι λαβὼν ἤδη καὶ τοὔνομά μ' εὐθὺς ἐρώτα.

(Athen. X. pag. 446. B.) et colloquentes inter se de vaticinio, quod ille anxie reformidabat,

Ποῦ ποτ' εἶδές μοι τὸν ἄνδρα, παῖδα Λαέρτα φίλον;

cui Ulysses:

Ἐν Πάρῳ, σίκυον μέγιστον σπερματίαν ὠνούμενον (1).

---

(1) Recipi *ποῦ ποτε* pro *πώποτε*, quod sic stare non potest. Pro *παῖδα* libri *παῖ*, quod dudum Erfurdtius correxit. Sed *φίλον* non placet, quod languidissimum et ab hoc loco prorsus alienum videtur. Quid si *φίλος* scripsit, ut ad Ulyssem referatur; vid. Koen. ad Greg. Cor. pag. 117. Schaef. ubi qui male tentatur Epicharmi trochaicus, sic feliciter restitutus est a Porsono *Adv.* p. 303.

Τίς δέ κα λώη γενέσθαι μὴ φθονούμενος, φίλος;

rum argumentis fastidiose aspernanti. Argute et non sine aculeo Aristophanes in *Equitt.* 537. sqq.

Οἵας δὲ Κράτης ὀργὰς ὑμῶν ἠνέσχετο καὶ στυφελιγμοὺς
Ὃς ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης ὑμᾶς ἀριστίζων ἀπέπεμπεν,
Ἀπὸ κραμβοτάτου στόματος μάττων ἀστειοτάτας ἐπινοίας
Χοὖτος μέντοι μόνος ἀντήρκει, τοτὲ μὲν πίπτων, τοτὲ δ' οὐχί.

In his igitur, qui secum de palma Dionysiaca contendebant, nullos habuit Cratinus, qui aura populari elati, nihil sibi illicitum dictu aut factu putarent, quod placeret populo, in quo tutissimum adversus optimatium iram et odium praesidium haberent. Et erant plerique ea aetate, eoque ingenio, ut non nova molirentur, sed pristinam laudem honeste tueri satagerent. Aliter evenit in adolescentibus poëtis, qui omnes, si forte unum Pherecratem exceperis, ad Cratini felicem et ingeniosam audaciam aemulandam inde ab nascenti laude enitebantur. Ex horum numero sub id fere tempus principes arbitror fuisse Teleclidem et Hermippum, quorum fervidum aetate ingenium eadem via, qua Cratinus praeiverat, ad laudem comicae Poëseos pervenire ardebat. Admodum probabilis coniectura est, eosdem crescentem Periclis auctoritatem multis civibus suspectam acerbe notasse, et ipsos conviciis et odio non multo minus quam Cratinum eo redegisse Periclem, ut lege lata istam petulantiam retunderet. Et Teleclides quidem immodicam Periclis auctoritatem sic carpit apud Plutarch. in *Pericle* cap. XVI. ut dicat illi tradidisse Athenienses:

Πόλεων τε φόρους, αὐτάς τε πόλεις τὰς μὲν δεῖν, τὰς δ' ἀναλύειν,
Λάϊνα τείχη τὰ μὲν οἰκοδομεῖν, τοτὲ(1) δ' αὖτε πάλιν καταβάλλειν,
Σπονδάς, δύναμιν, κράτος, εἰρήνην, πλοῦτόν τ' εὐδαιμονίαν τε.

(1) Sic Hermannus. vid. Meinek. *Fragm. P. C.* II. p. 373. vulgo τά.

quibus non obscure tyrannidem in civitate libera natam esse socordibus civibus exprobrat; unde facilis suspicio est in eadem comoedia Teleclidis fuisse lectum, quod in Plutarchi loco proxime praecedit, fuisse comicos, qui Periclis amicos *Πεισιστρατίδας νέους* appellarent, *αὐτὸν δ' ἀπομόσαι μὴ τυραννήσειν κελεύοντες, ὡς ἀσυμμέτρου πρὸς δημοκρατίαν — οὔσης ὑπεροχῆς:* quod eo acerbius mordere debuit Periclis et amicorum animos, quod non falsa iactabantur, eratque, ut ille ait, *λόγῳ μὲν δημοκρατία, ἔργῳ δὲ ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή* (1). Idem acerbissime Periclis deformitatem capitis irridet, ita ut facile odium subesse sentias (2), eodemque animo meretriculae amorem viro summo obiicit apud Athen. X. pag. 436. F. Etiam Hermippus primum licentia usus convitiandi omnibus, quos plebis suspiciones premebant, deinde lege coërcitus, odio et ira in auctorem Periclem maledicentiae tela coniecit. Odii acerrimi indicium habemus in accusatione impietatis, qua Aspasiam in salutis discrimen adduxit, nil tale, opinor, de se commeritam, sed ut invisum Periclem atroci dolore cruciaret. *'Ασπασία*, ait Plutarchus, l. l. cap. XXII. *δίκην ἔφευγεν ἀσεβείας, Ἑρμίππου τοῦ κωμῳδιοποιοῦ διώκοντος καὶ προσκατηγοροῦντος, ὡς Περικλεῖ γυναῖκας ἐλευθέρας εἰς τὸ αὐτὸ φοιτώσας ὑποδέχοιτο:* ex quo novo crimine, quod sine causa addidit, luculenter constat, per uxoris latus peti virum eximium, qui harum sordium, a quibus maxime abhorrebat, nonnisi plebeculae rumoribus poterat insimulari. Huius autem atrocis odii, quo Co-

(1) Thucyd. II. 65.
(2) Plut. in *Per.* cap. III.

micus flagrabat, originem non aliunde melius repetere possis, quam ex simultate ob licentiam severe repressam suscepta. Quod ut in adolescentibus Teleclide et Hermippo habet veri speciem, ita in Cratino certum est, qui lege post tres annos antiquata factus etiam audacior, ut solet male repressa petulantia paene in furorem vertere, summam conviciorum virulentiam in Periclem torsit, de qua re mox verbo dicemus.

Interea fabularum argumenta ad pristinam formam et iocos innoxios redierunt. Etiam Cratinus, cuius animus inquies non poterat nihil agere, temporum et legis necessitati quamvis indignabundus cedere debuit, eaque scripsit, quae urbano lepore cachinnos movere, neque tamen, uti videntur, cuiusquam famam proterve laedere poterant. Nempe verissima videtur Meinekii opinio, quae omnibus placuit, ad illud tempus pertinere fabulum *'Οδυσσεῖς*, chori carminibus et parabasi carentem, et nil nisi eam Odysseae partem, ubi versutia Ulyssis immanem Cyclopem male mulcasse narratur, iocosissima paroedia in risum iocumque detorquentem. Animadvertendi hic sunt duo loci Platonii περὶ διαφ. κωμῳδ. p. xxxiv. *Τοιοῦτος οὖν ἐςιν ὁ τῆς μέσης κωμῳδίας τύπος, οἷός ἐςιν ὁ Αἰολοσίκων 'Αριςοφάνους καὶ οἱ 'Οδυσσεῖς Κρατίνου καὶ πλεῖςα τῶν παλαιῶν δραμάτων οὔτε χορικὰ οὔτε παραβάσεις ἔχοντα.* et pag. xxxv. *Οἱ γοῦν 'Οδυσσεῖς Κρατίνου οὐδενὸς ἐπιτίμησιν ἔχουσι, διασυρμὸν δὲ τῆς 'Οδυσσείας 'Ομήρου.* Dicemus deinde nonnulla de hoc fabularum genere: sufficiat hic monuisse, non id valuisse huiuscemodi paroedias, ut poëtarum carmina, unde argumenta arcessebantur, pro ineptis aut ridiculis traducerentur: nam contra quo praeclarius argumentum in iocosas ineptias, ut ita dicam,

transfunditur, eo clariores tolluntur cachinni: neque etiam hac certe aetate et in Cratini carmine, qui invitus hoc genus attingebat, ex mythorum quasi involucris extricanda est sententia gravior, quae prudentiores spectatores non fefellerit scilicet. Haud dubie mediis facetiis intertextum fuit nonnihil aculeorum, quibus tacitum dolorem animi et odium in inimicos obscurius significaret: sed in pleraque fabula nil nisi risum et gaudia excitasse credibile est: neque multo facetior videtur fuisse, quam Euripidis Cyclops. Quod et ex aliis fragmentis sentiri potest, et imprimis ex hisce, quae adscribere operae pretium est. Polyphemus Ulyssis socios in antro inclusos et trepidantes sic alloquitur: (Athen. IX. pag. 385. C. et Poll. VI. 69.)

πάντας ἑλὼν ὑμᾶς ἐρίηρας ἑταίρους
Φρύξας, ἑψήσας, κἀπ' ἀνθρακιᾶς ὀπτήσας
Εἰς ἅλμην τε καὶ ὀξάλμην κᾆτ' ἐς σκοροδάλμην
Χλιαρὸν ἐμβάπτων, ὃς ἂν ὀπτότατός μοι ἁπάντων
Ὑμῶν φαίνηται, κατατρώξομαι, ὦ ϛρατιῶται.

et Ulysses Cyclopi vinum porrigens:

Τῆ νῦν τόδε πῖθι λαβὼν ἤδη καὶ τοὔνομά μ' εὐθὺς ἐρώτα.

(Athen. X. pag. 446. B.) et colloquentes inter se de vaticinio, quod ille anxie reformidabat,

Ποῦ ποτ' εἶδές μοι τὸν ἄνδρα, παῖδα Λαέρτα φίλον;

cui Ulysses:

Ἐν Πάρῳ, σίκυον μέγιϛον σπερματίαν ὠνούμενον (1).

(1) Recipi ποῦ ποτε pro πώποτε, quod sic stare non potest. Pro παῖδα libri παῖ, quod dudum Erfurdtius correxit. Sed φίλον non placet, quod languidissimum et ab hoc loco prorsus alienum videtur. Quid si φίλος scripsit, ut ad Ulyssem referatur; vid. Koen. ad Greg. Cor. pag. 117. Schaef. ubi qui male tentatur Epicharmi trochaicus, sic feliciter restitutus est a Porsono *Adv.* p. 303.

Τίς δέ κα λῴη γενέσθαι μὴ φθονούμενος, φίλος;

Athen. II. pag. 68. C.). Satis superque ex his apparet, ad quam insipidum iocorum genus ingeniosi poëtae confugerint, ne quid multarentur. Tamen dolorem animi continere Cratinus non potuit, significavitque, nisi graviter fallor, in fragmento, quod exstat apud Etymol. Magn. pag. 367, 21. *Ἐπὶ Χαριξένης] αὐλητρὶς ἡ Χαριξένη ἀρχαία, καὶ ποιήτρια κρουμάτων. οἱ δὲ μελοποιόν· Θεόπομπος Σειρῆσιν· Αὐλεῖ γὰρ σαπρὰ αὔτη γε κρουμάτια τὰ ἐπὶ Χαριξένης. Κράτης Ὀδυσσεῦσιν. Οὐκ ἰδίᾳ τάδ' οὐκετόν θοι τἀπὶ Χαριξένης. Ἀριστοφάνης, οὐ τὰ κατὰ μισθὸν, ἀλλ' οἷον καὶ ἄλλά τινα.* Quantivis pretii animadversionem foedissimae mendae deformant. In Theopompi loco numeri sic restitui possunt:

αὐλεῖ γὰρ σαπρὰ
Αὕτη γε κρουμάτι' ἄττα τἀπὶ Χαριξένης.

Post Aristophanis nomen acute viderunt viri docti excidisse locum ex *Ecclesiaz.* vss. 942. sqq.

Οἰμώζων ἄρα νὴ Δία σποδήσεις,
Οὐ γὰρ τἀπὶ Χαριξένης τάδ' ἐστίν.
Κατὰ τὸν νόμον ταῦτα ποιεῖν
Ἔστι δίκαιον, εἰ δημοκρατούμεθα.

quem locum adscribo, quia eximie facit ad explicandam sententiam proverbii, de quo nihil dum constare video, et unde pendet Cratinei loci illustratio. Nempe *τὰ ἐπὶ Χαριξένης* proprie dici videtur de modis et numeris, quales rudiores Musici et Charixena olim ludebant, deinde obsoletis et, uti fit, explosis. Hinc *οὐ τἀπὶ Χαριξένης τάδ' ἐστίν* dicitur, ubi vetera omnia novis locum cessisse significantur aut moribus aut institutis: quemadmodum in loco Aristophanis pruriens vetula monet adolescentulum, iam non obsoletam consuetu-

dinem esse sequendam, sed sibi secundum *novas* leges primum esse obsequendum. Atque sic verbis Cratini lux affulget. Nam quamvis misere laborent numeri et sententiae conformatio, certum est subesse proverbium *τάδε οὐκέτι τἀπὶ Χαριξένης*, in quo dicto aculeus neminem potest latere: scilicet vetus mos ridendi cavillandique novo instituto cessisse non sine dolore indicatur, et comice popularis dicti sententia in contrariam significationem detorquetur. Itaque si haec probabuntur, novo indicio et hanc fabulam ad hanc aetatem pertinere constabit, apparebitque quale comoediarum genus hoc triennio per legem licuerit doceri.

Denique non negligendum est, quod ex Platonio constat, Cratini *'Οδυσσεῖς* neque chori carmina neque parabasin habuisse: quod cur factum sit, perdifficilis quaestio est, ad quam deinde paucis erit revertendum.

Per tres deinceps annos Optimatium et Periclis auctoritas poëtarum maledicentiam coërcere potuit. Sed Archonte Euthymene Olymp. LXXXV. 4. vicit populus et *κατελύθη τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν*, licentiaque irridendi exuta vinculis audacior multo et petulantior exarsit. Placet autem hic proferre coniecturam diu multumque perpensam, neque indignam fortasse quae diligentius enucleetur. Si fallor, multum amabo qui meliora docebunt.

Grammaticus antiquus in libello *περὶ κωμῳδίας* pag. XXXVIII. habet hanc annotationem: *Κρατῖνος 'Αθηναῖος νικᾷ μετὰ τὴν πε' 'Ολυμπιάδα.* quem locum medicina indigere nondum persuasit Meinekius in *H. C. C.* p. 45. Nempe innotuerat Grammatico, ex eruditorum Alexandrinorum commentariis opinor, narratio de insigni quadam victoria, quam Cratinus post Olympiadem

LXXXV. id est post antiquatam legem comicis infestissimam, de aemulis poëtis reportaverat. Neque quisquam dubitare potest, quin statim post recuperatam libertatem ardentissimo fervore Cratini Musa exsultaverit, et in devictos adversarios omnem irridendi acrimoniam petulantius quam olim effuderit. Hanc autem primam fabulam coniicio fuisse *Χείρωνας*, quam vel ex reliquiis unam omnium acerrimam fuisse perspicue intelligimus. De Chironum argumento et fragmentis viri docti et ingeniosi omnia occupaverunt, imprimis Hanovius in *Exercitt. Crit.* pag. 57. sqq. et Th. Bergkius in *Comment.* pag. 219. sqq. Itaque pauca tantum attingemus, unde probabilior fiat coniectura. Ac primum dissentiendum est a viris acutissimis de eximio loco Aristidis Tom. II. p. 521. Dind. *καί τις αὐτῶν (τῶν κωμικῶν) ἐν ἀρχῇ τοῦ δράματος μεγαλαυχούμενος ὡς προφήτης προαγορεύει τοιάδε·*

Ἀφυπνίζεσθαι — χρὴ πάντα θεατὴν
Ἀπὸ μὲν βλεφάρων αὐθημερινῶν ποιητῶν λῆρον ἀφέντα,

ὥσπερ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ μέλλων ἅπαντας σοφούς τε καὶ σπουδαίους ποιήσειν. Διδάξας δὲ τοὺς Χείρωνας προσπαραγράφει πάλιν αὖ μάλα ὑπερηφάνως ἐπὶ τελευτῆς·

Ταῦτα δυοῖν ἐν ἔτοῖν ἡμῖν μόλις ἐξεπονήθη.

Τοῖς δ' ἄλλοις ἐν ἅπαντι βίῳ προτιθέναι φησὶ ποιηταῖς μιμεῖσθαι, δηλονότι ὡς οὐδένα ἐφιξόμενον.

Nam Hanovius duo fragmenta duorum poëtarum censuit esse, hoc Cratini, illud incerti auctoris: quod quo clarius appareret rescripsit pag. 65. *ὁ διδάξας δὲ τοὺς Χ.* Cui recte adversatur Bergkius pag. 222. quum dicit ad eundem Cratinum auctorem omnia esse referenda: fallitur autem, quum priorem locum ex incerta

comoedia excerptum suspicatur. Mihi quidem Aristides eandem utrobique fabulam, quamquam paulo negligentius, indicare prope certum est, ut respondeant inter se *ἐν ἀρχῇ τοῦ δράματος μεγαλαυχούμενος* et *πάλιν αὖ μάλα ὑπερηφάνως ἐπὶ τελευτῆς.* Itaque et in prima fabula et in extremis versibus aequalium poëtarum futilitatem acriter explosit, quod non nisi absurde his certe in fabulae partibus facere potuisset, nisi accidisset aliquid, quo haec acrimonia posset referri. Idque quale fuerit iam facile cuivis in mentem venit. Ceterorum poëtarum argumenta iocosa magis quam mordacia et contumeliosa in eos, quos plebs suspiciebat, severitate legis non multum aut nihil immutata fuisse credibile est. Populus, quem Cratini festivissima audacia in nobiliores impense delectaverat, per tres deinceps annos caruerat iucundissimo oblectamento et reliquorum innoxiis facetiis aegre acquieverat. Tandem, quod dudum flagitaverat, frustra repugnantibus optimatibus, gestienti populo redditur. Deliciae populi, Cratinea Musa, revertitur et his versibus primis exspectantem turbam compellat: *Hoc agite, spectatores, expergiscimini, et quem veternum futilium poëtarum ineptiae offuderunt, eum ab oculis ocyus abstergite.*

In Graecis verbis aliquid excidit, post *ἀφυπνίζεσθαι*, ut numeri arguunt, supplendum: et suppleverunt multi multa. Conieci quae Aristides omisit, sic revocari posse:

Ἀφυπνίζεσθαι (τοῖς ἡμετέροισι χοροῖς) χρὴ πάντα θεατὴν
Ἀπὸ μὲν βλεφάρων αὐθημερινῶν ποιητῶν λῆρον ἀφέντα.

eodem fere modo, quo Aristophanes dixit in *Ran.* vs. 372.

Εὐφημεῖν χρὴ κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν.

Deinde in *αὐθημερινῶν ποιητῶν* offendit Bergkius et *αὐθημερινόν* reposuit, ut ad *λῆρον* referatur: sed *αὐθημερινοὶ ποιηταί* quasi *in unum diem viventes* pulchre dicuntur poëtastri, quorum nulla placere diu nec *vivere* carmina possint, (ut ait Horatius ipsius Cratini dictum in aequales poëtas iactum commemorans) quorum languidae facetiae nullos in auditorum animis quasi aculeos relinquebant, et tamquam *ἀγωνίσματα εἰς τὸ παραυτίκα ἀκούειν* mox oblivioni mandabantur. Contra ipse, qui *τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις*, memoriter ediscebatur, et solus omnium in omnibus conviviis cantabatur. Nam in hanc potissimum Cratini aetatem cadit summa omnium admiratio, qua inter omnes poëtas solus regnabat, et Aristophanis testimonium:

Κρατίνου μεμνημένος, ὃς πολλῷ ῥεύσας ποτ' ἐπαίνῳ
Διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔῤῥει καὶ τῆς στάσεως παρασύρων
Ἐφόρει τὰς δρῦς καὶ τὰς πλατάνους καὶ τοὺς ἐχθροὺς προθελύμνους.
Ἆισαι δ' οὐκ ἦν ἐν ξυμποσίῳ πλὴν Δωροῖ συκοπέδιλε
Καὶ τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων, οὕτως ἤνθησεν ἐκεῖνος.

Equitt. vs. 526. sqq.

Eosdem poëtas in fine fabulae sic ludos facit, ut suos *Χείρωνας*, quam unam omnium praestantissimam comoediam scripsisse se non obscure fatetur, proponat istis exemplum, quod per totam vitam frustra imitari laborent. Et animadvertendum est, quod de semet ipso pronuntiat:

Ταῦτα δυοῖν ἐν ἔτοιν ἡμῖν μόλις ἐξεπονήθη,

quod in quavis alia fabula satis absurde fuisset adiectum, in hac autem non sine aculeo dicitur, namque significat poëta se, per duos hos annos, quum comoe-

dia metu legis ad ineptos et languidos iocos turpiter confugerit, a docendis fabulis abstinuisse et omne otium in ornando illo argumento posuisse, quo laesa Musa Comica iniuriae auctores ulcisceretur. Scilicet in Periclem scripta erat, qui acerbissime irrisus atrocibusque contumeliis exagitatus est ab irato poëta, qui *primarium cavillationis argumentum* in hoc ipso posuisse recte videtur Hanovio *Exercitt. Crit.* pag. 67. Nimiam Periclis in civitate libera potentiam tractu temporis e discordia civium genitam sic audaci metaphora pronuntiat apud Plut. in *Pericle* cap. IV. Ὁ Κρατῖνος ἐν Χείρωσι· Στάσις, φησὶ, καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε μέγιστον τίκτετον τύραννον, ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεοὶ καλέουσι. Plutarchi non integra verba Poëtae, sed sententiam excerpsit, unde irritus est numeros restituendi labor: vide tamen quae conatus est Hanov. l. l. pag. 62. et Bergkii triplicem coniecturam in *Comment.* p. 235. Cf. Meinek. in *Fragm. Com.* I. pag. 147.

Est etiam aliud eiusdem fabulae fragmentum, quod bene intellectum mirifice coniecturam nostram confirmat, sed nondum, quod sciam, satis bene est explicitum. Ad locum Thucydidis (VIII. 83.): arguebant milites πάντων Ἀστύοχον εἶναι αἴτιον, ἐπιφέροντα ὀργὰς Τισσαφέρνει διὰ τὰ ἴδια κέρδη, veteres Grammatici annotaverunt haec: τὸ ἐπιφέρειν ὀργὴν ἐπὶ τοῦ χαρίζεσθαι καὶ συγχωρεῖν ἔταττον οἱ ἀρχαῖοι. μάρτυς Κρατῖνος ἐν Χείρωσι λέγων τὴν μουσικὴν ἀκορέστους ἐπιφέρειν ὀργὰς βροτοῖς σώφροσιν. Multus est in his verbis explicandis Hanovius l. l. pag. 61. unde, τῇ μουσικῇ reponens pro τὴν μουσικὴν, hanc extundit sententiam: *musica effici, ut homines intemperan-*

tes obsequantur hominibus temperatis: quae neque in Graecis inest, neque quidquam habet veri. Nonnihil abit Bergkius, qui in *Comment.* pag. 229. nihil mutans interpretatur: *musicam oportere obsequi hominibus temperatis et honestis:* quod languidum est neque Cratini verbis respondet. Dicam quod sentio. Videtur mihi poëta de Comoediae ratione agere et laetus recuperata iocandi libertate admonere spectatores, artem musicam, i. e. Comoediam, malis civibus, populi osoribus et aequam omnium libertatem non amantibus, acerbam fore et metuendam, *sed eandem bonis favere semper et gratificari solere* (ἐπιφέρειν ὀργὰς βροτοῖς σώφροσιν). Itaque non esse, cur honesti viri et recti amantes inique ferant pristinam ridendi licentiam poëtis Comicis esse restitutam. *Μουσικὴ* eodem sensu usurpatur et alibi et ab Eupolide apud Stobaeum *Serm.* IV. 33.

Μὴ φθονεῖθ', ὅταν τις ἡμῶν μουσικῇ χαίρῃ νέων.

i. e. *si quem Atticorum iuvenum iuvat scribere comoedias.* Et σώφρονες eximie dicuntur cives *boni et virtutis amantes*, ut in nobili Aristophanis loco in *Ran.* 727. sqq.

Τῶν πολιτῶν, οὓς μὲν ἴσμεν εὐγενεῖς καὶ σώφρονας
Ἄνδρας ὄντας καὶ δικαίους καὶ καλούς τε κἀγαθοὺς
Προσελοῦμεν.

et *Plut.* vs. 387.

τοὺς χρηστοὺς μόνον
Ἔγωγε καὶ τοὺς δεξιοὺς καὶ σώφρονας
Ἄπαρτι πλουτῆσαι ποιήσω.

et alibi saepe. Apparet autem, si hoc bene explicuimus, non potuisse opportunius hanc sententiam a poëta proferri, quam quo tempore exspectabant omnes, quousque Comicorum licentia legem vinculis liberata iam esset progressura.

Sed iam nimium diu me haec detinuerunt: maloque hanc coniecturam, si quid veri habere videbitur, aliorum acumini et doctrinae ornandam relinquere. Et de ceteris quidem quis praestiterit? videtur autem hoc veri simillimum, Cratinum recuperata iocandi libertate inter primos fuisse usum, neque dilectissimo poëtae spectatorum studia defuisse, neque igitur aliter evenire potuisse, quin ceteris omnibus palmam praeripuerit, unde veteris Grammatici et lectio et auctoritas luculenter confirmantur.

Itaque iam licebat Comicis quosvis personatos in conspectum populi producere et quod volebant impune nominatim dicere. Hanc tantam maledicendi cavillandique licentiam *lege lata sancitam* fuisse ex nonnullis auctorum locis creditum est. Diserte Cicero de Rep. IV. 10. *Apud quos* (Athenienses) *fuit etiam lege sancitum, ut quod vellet Comoedia de quo vellet nominatim diceret.* Apposite Meinekius *Hist. C. C.* pag. 39. attulit locum Themistii VIII. 110. B. τῆς τέχνης (Eupolidi) διδούσης τοῦ σκώπτειν τὴν ἄδειαν ἐκ τῶν νόμων. Summam licentiam quam Athenienses poëtis concedebant multi commemorarunt, ex quibus pauca apponemus. Lucianus in Piscat. cap. 25. πάλαι ἔχαιρον Ἀριστοφάνει καὶ Εὐπόλιδι — κωμῳδοῦσιν ἀλλοκότους τινὰς — κωμῳδίας. Καίτοι ἐκεῖνοι μὲν καθ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἐτόλμων τὰ τοιαῦτα καὶ ἐν Διονυσίοις, ἐφειμένον αὐτὸ δρᾷν. Dio Chrys. Or. XXXIII. p. 396. C. Ἀθηναῖοι εἰωθότες ἀκούειν κακῶς καὶ νὴ Δία ἐπ' αὐτὸ τοῦτο συνιόντες ἐς ταὐτὸ (sic Geelius. vulg. ἐπ' αὐτῷ) ὡς λοιδορηθησόμενοι καὶ προτεθεικότες ἀγῶνα καὶ νίκην τοῖς ἄμεινον αὐτὸ πράττουσιν — Ἀριστοφάνους μὲν ἤκουον καὶ Κρατίνου καὶ Πλάτωνος καὶ τούτους οὐδὲν κακὸν ἐποίησαν.

et XXXII. pag. 362. B. τοῦτό γε πάνυ καλῶς ἐποίουν (οἱ Ἀθηναῖοι) ὅτι τοῖς ποιηταῖς ἐπέτρεπον μὴ μόνον τοὺς κατὰ ἄνδρα ἐλέγχειν, ἀλλὰ καὶ κοινῇ τὴν πόλιν, ἐς ὅ τι μὴ καλῶς ἔπραττον. In Luciani *Anacharside* cap. 32. Solon haec loquitur: τοῖς — κωμῳδοῖς καὶ ἀποσκώπτειν καὶ λοιδορεῖσθαι ἐφίεμεν ἐς τοὺς πολίτας, οὓς ἂν αἰσχρὰ καὶ ἀνάξια τῆς πόλεως ἐπιτηδεύοντας αἴσθωνται, αὐτῶν τε ἐκείνων χάριν, ἀμείνους γὰρ οὕτω γίγνονται ὀνειδιζόμενοι, καὶ τῶν πολλῶν, ὡς φεύγοιεν τὸν ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις ἔλεγχον. Componendus cum his est locus Aristidis in Orat. περὶ τοῦ μὴ δεῖν κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος. T. I. pag. 508. Καίτοι τολμῶσί τινες λέγειν, ὡς ἀγαθὸν τὸ κακῶς ἐξεῖναι λέγειν ἐν τῷ θεάτρῳ, τούς τε γὰρ κακῶς βεβιωκότας ἐξελέγχεσθαι καὶ τοὺς ἄλλους φόβῳ τοῦ κωμῳδεῖσθαι σώφρονας παρέχειν ἑαυτούς. Sed propemodum absurdum est existimare, legis sanctitate poëtis incredibilem istam maledicendi licentiam fuisse confirmatam. Sed neque istiusmodi legem unquam fuisse arbitror, neque etiam opus fuisse in Atheniensium democratia facile intelligitur. Vel sine legibus populus, quos libertatis suae vindices putabat et laetitiae auctores ab omni omnium iniuria tutos praestabat: neque leges illum discrimini eripuissent, quem populus tueri non curabat, caditque semper in Atticos, quod iocosa paroedia versiculi Euripidei iecit aliquando Anaxandrides:

ἡ πόλις ἐβούλεθ', ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει.

Ubinam, quaeso, lex ista fuit, quum Cleon Aristophanem obtorto collo in ius rapuit, quod coram hospitibus civitati male dixisset. Vid. Aristoph. *Acharn.* 502 sqq. coll. 377 sqq. Perterritus adversarii saevitia comicus circumspexit an sibi populus subveniret, at illi,

ἐγέλων, (ut ait *Vesp.* vs. 1287.) μέγα κεκραγότα θεώμενοι,
Οὐδὲν ἄρ' ἐμοῦ μέλον, ὅσον δὲ μόνον εἰδέναι,
Σκωμμάτιον εἴποτέ τι θλιβόμενος ἐκβαλῶ.

atque sic nisi astu praecavisset, legum severitatem fuisset expertus. Unde satis apparet non legum auctoritate sed gratia populi comicos impune abiisse, nihilque praeterea fuisse praesidii, quo niterentur. Itaque cavendum erat, ne quid quod populum offenderet incautius iacerent: unde atrox erat accusatio Cleonis, qui Aristophanem famam civitatis spectantibus peregrinis laesisse contendebat. Ab eo autem tempore poëtae omnes Aristophanis exemplo admoniti sedulo caverunt, ne quid istiusmodi sibi excideret, quod eandem calumniam posset elicere. Non alia de causa primus Aristophanes in *Acharn.* 515 sqq. sic sibi cavet:

Ἡμῶν γὰρ, ἄνδρες, (οὐχὶ τὴν πόλιν λέγω,
Μέμνησθε τοῦθ', ὅτι οὐχὶ τὴν πόλιν λέγω)
Ἀλλ' ἀνδράρια μοχθηρά —
Ἐσυκοφάντει Μεγαρέων τὰ χλανίσκια.

Attigi autem hoc propterea, ut appareat unde nata sit narratiuncula, Cleonem tulisse legem, ne cui κωμῳδεῖν ὀνομαστὶ liceret. Cuius rei auctor est Scholiast. Venet. ad *Vesp.* 1331 (1282). Ἐψηφίσατο ὁ Κλέων μηκέτι δεῖν κωμῳδίας ἐπὶ θεάτρων εἰσάγεσθαι, et Scholiasta Aristidis T. III. pag. 444. Dind. Κατηγορήσαντος — τοῦ Κλέωνος Ἀριστοφάνους ὕβρεως, ἐτέθη νόμος, μηκέτι ἐξεῖναι κωμῳδεῖν ὀνομαστί. Uterque Grammaticus, quum nonnihil veri inaudivisset, falsissima admiscuit: nempe Cleon poëtis incussit terrorem, ne omnia sibi licere opinarentur, docuitque actionem ὕβρεως iis esse periculosam, qui ipsam rempublicam Atheniensium paulo liberius cavillarentur. Sed idem his temporibus neque

impetravit a populo, neque id etiam in animum potuit inducere, ut iucundissima plebis oblectamenta, mordacesque facetiae turpiter obmutescerent, quo tempore summa auctoritas esset penes populum, eosque sibi elegissent προςάτας, qui e suo nutu anxii penderent. Neque ulla exstant huius legis vestigia, luculenter contra constat ex fabulis, quas Comici mox docuerunt, τοῦ κωμῳδεῖν ὀνομαςὶ licentiam insigniter etiam crevisse.

Itaque, ut redeamus unde digressi sumus, quis credat Ciceroni aut Themistio huiuscemodi *legem* umquam exstitisse, quae temere omnibus maledicendi faceret potestatem. Sed Democratia et gratia populi poëtas et ad cavillandum impellebat, et ut impune id facerent efficiebat. Democratiae et Comoediae antiquae, quae ex populari licentia nata simul increverat, eadem semper fortuna fuit. Quo petulantior προςατῶν τοῦ δήμου fiebat audacia, eo acerbius poëtae in quos volebant dicteria et cavillationes, nonnumquam etiam atrocia crimina, contorquebant: minime etiam his ipsis parcentes, qui omnia apud populum valebant. Licebat autem tum in istos, quod olim in optimates licuerat, et plebs, quos ipsa ad summam potentiam gratia apud se extulerat, eosdem lubentissime in theatris audiebat ludibrio haberi. Nam accedebat aliud quid, quod simul poëtas reddebat audaciores, et plebem in omni iocorum genere perferendo faciliorem. Nempe post mortem Periclis nequissimorum hominum turba succrevit, qui impudentia et malis artibus rempublicam misere perturbatam etiam magis labefactabant. Oratores prodibant et Demagogi, qui quidvis plebi gratificabantur, aut adolescentuli nobiles, ut famam et aucto-

ritatem sibi quaererent, aut sordido loco nati, versuti, impudentes, importuni, qui modo lucrum facerent nil non dicebant aut patiebantur. Horum ingenia populus quamquam bene perspecta tamen aequo animo ferebat: ratus aut deesse meliores, aut minus sibi forte obsequentes.

At eosdem istos serviliter sibi blandientes magnopere spernebant, et nihil audiebant lubentius, quam comicorum in istos convicia. Huc facit Plutarchi locus eximius in *Praecept. reip. gerend.* pag. 801. B. *Οἱ δῆμοι διὰ τρυφὴν καὶ ὕβριν ἢ βελτιόνων ἀπορίᾳ δημαγωγῶν χρῶνται τοῖς ἐπιτυχοῦσι, βδελυττόμενοι καὶ καταφρονοῦντες, εἶτα χαίρουσι τοιούτων εἰς αὐτοὺς λεγομένων, οἷα Πλάτων ὁ Κωμικὸς τὸν Δῆμον αὐτὸν λέγοντα ποιεῖ·*

> *Λαβοῦ˜, λαβοῦ τῆς χειρὸς ὡς τάχιςά μου*
> *Μέλλω ςρατηγὸν χειροτονεῖν Ἀγύῤῥιον.*

καὶ πάλιν αἰτοῦντα λεκάνην καὶ πτερὸν ὅπως ἐμέσῃ, λέγοντα·

> *Προσίςαταί μου πρὸς τὸ βῆμα μαντίλη.*

καὶ

> *Βόσκει δυσώδη Κέφαλον, αἰσχίςην νόσον.*

Cf. Arist. *Pac.* vss. 681. sqq. Plutarch. in *Alcib.* cap. XIII.

Itaque Comici irridentes pessimos cives simul bene de patria merebant et populi praesidio erant tuti: quamobrem recte Lucianus et Dio iis verbis usi sunt, quibus id perspicue significabant, *ἐφιέναι* et *ἐπιτρέπειν τὸν δῆμον* poëtis quod volebant dicere: et Cicero, ut est nonnumquam in rebus antiquae Graeciae paulo negligentior, aut imprudens erravit aut nonnihil serviit argumento. De Themistii fide non arbitror quemquam magnifice sensurum.

Superest tamen locus, qui in hac quaestione negligi non potest, unde possit aliquis haud inepte suspicari, fuisse revera in lege perscriptum, quid liceret comicis ludos facere, quid non liceret. Locus est Xenophontis *de Rep. Athen.* II. 18. *Κωμῳδεῖν δ' αὖ καὶ κακῶς λέγειν τὸν μὲν δῆμον οὐκ ἐῶσιν, ἵνα μὴ αὐτοὶ ἀκούωσι κακῶς, ἰδίᾳ δὲ κελεύουσιν, εἴ τίς τινα βούλεται, εὖ εἰδότες, ὅτι οὐχὶ τοῦ δήμου ἐστὶν οὐδὲ τοῦ πλήθους ὁ κωμῳδούμενος ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἀλλ' ἢ πλούσιος ἢ γενναῖος ἢ δυνάμενος· ὀλίγοι δέ τινες τῶν πενήτων καὶ τῶν δημοτικῶν κωμῳδοῦνται, καὶ οὐδ' οὗτοι ἐὰν μὴ διὰ πολυπραγμοσύνην καὶ διὰ τὸ ζητεῖν πλέον τι ἔχειν τοῦ δήμου· ὥστε οὐδὲ τοὺς τοιούτους ἄχθονται κωμῳδουμένους* (1). Sed minime necesse est, ut verba haec de publica auctoritate accipiantur, sed indicat Xenophon consuetudinem, quam Comici, quos populi plausus ducebat (nam hoc erat *κελεύειν*), sequi solebant. Inique ferebant, si quis populo ea, quae nolebat, liberius diceret, aut eos irrideret, quos plebs sibi pares et caros habebant; itaque poëtae eos exagitabant, quos divitiae aut generis nobilitas aut potentia plebi suspectos et invisos reddiderat, eosque viros de plebe, qui supra alios auctoritate valere niterentur: neque id eos lege coactos, sed ingenio obsecutos fecisse perspicuum est. Deinde non praetereundum est, Xenophontem de sua aetate agere, qua comoedia diu fracta et oppressa pristinos spiritus paulatim coeperat recipere: itaque deinde huc verbo redibimus.

---

(1) Cf. incertus Grammaticus *περὶ κωμῳδίας* pag. XXXI. *τοῦ μὲν φανερῶς κωμῳδεῖν ἐκώλυσαν, ἐκέλευσαν δὲ κρύφα, οἷον αἰνιγματωδῶς.*

Comoediae aetas florentissima inter Olymp. LXXXV. 4. et XCI. 2. recte poni potest: quia per hos annos, nullis impedita vinculis, ad quodcunque se argumentum dederat libere iocabatur, et tempora ea fuerunt, ut cavillandi materiem praeberent civium nequissimi et pleraque, quae in rep. et ab singulis aut inepte aut flagitiose committerentur; denique, quod summum est, prodierunt simul multi poëtae, qui praeter mordax et facetum ingenium et ditissimam venam singulari prudentia et patriae amore excellebant. Vidit haec aetas sola, opinor, viros ingeniosos et ad omne facetiarum genus natos ludentes ridentesque optima quaeque reip. suadere, improbos ac seditiosos modo lepide modo acriter castigare, hortari omnes et admonere ne avitam patriae gloriam socordia et luxurie extinguerent; id agentes, ut quidquid esset noxium aut ineptum ab ridentibus spectatoribus sperneretur spretumque mox emendaretur, verbo ita scribentes fabulas, ut spectatores meliores aut certe prudentiores facti e theatro discederent.

Ut solet unius praeclarum ingenium multa aliorum studia incendere, ita Cratinus senex eximios poëtas exemplo suo excitavit iuvenes, Aristophanem, Eupolidem, Pherecratem, Phrynichum, Platonem, meros principes, nisi quod Aristophanes reliquis omnibus divino ingenio excellebat. Omnes, quod saepissime usu venit, eadem fere aetas protulit. Omnibus felix ingenium et dives vena fuit; nonnihil tamen omnes a se invicem discrepabant. Laudis studium palmaeque nobilis acerrimam inter omnes aemulationem alebat. Aristophanes, qui ceterorum gloriae officiebat, omnium sensit invidiam, quam fretus ingenio plausuque iocando aut irridendo eludebat. Hinc acuebantur

ingenia et praeclara artis Musicae operae acutis spectatoribus exhibebantur. Neque quidquam per hos plus quam viginti annos iocosae et lascivienti Musae Comicae accidit asperum. Nam quod unicum exstare videtur huius rei leve vestigium, pro commenticio habendum esse certis indiciis, spero, evincam. Nempe ad Aristoph. *Acharn.* vss. 1150. sqq.

Ἀντίμαχον τὸν Ψακάδος, τὸν ξυγγραφῆ τῶν μελέων ποιητήν,
Ὡς μὲν ἁπλῷ λόγῳ κακῶς ἐξολέσειεν ὁ Ζεύς,
Ὅς γ' ἐμὲ τὸν τλήμονα Λήναια χορηγῶν ἀπέλυσ' ἄδειπνον,

veteres Grammatici haec annotarunt: *τὸν συγγραφέα. Ψακὰς δὲ οὗτος ἐκαλεῖτο, ἐπειδὴ προσέῤῥαινε τοὺς συνομιλοῦντας διαλεγόμενος. — Ἐδόκει δὲ ὁ Ἀντίμαχος οὗτος ψήφισμα πεποιηκέναι μὴ δεῖν κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος. καὶ ἐπὶ τούτῳ πολλοὶ τῶν ποιητῶν οὐ προσῆλθον λῃψόμενοι τὸν καιρὸν (χορὸν) καὶ δῆλον ὅτι πολλοὶ τῶν χορευτῶν ἐπείνων. ἐχορήγει δὲ ὁ Ἀντίμαχος τότε, ὅτε εἰσήνεγκε τὸ ψήφισμα. οἱ δὲ λέγουσιν, ὅτι ποιητὴς ὢν καλὸς χορηγῶν ποτε μικρολόγως τοῖς χορευταῖς ἐχρήσατο.* Haeccine vero ex eruditissimorum Grammaticorum commentariis nobis superesse, pro aureis animadversionibus futilium coniecturarum farraginem! Exortus autem est vir ingeniosus, qui sibi persuasit ex hac annotatione, a nullo scilicet hucusque intellecta, constare rogationem Antimachi in concione valuisse, perlatumque adeo Antimachi Psephisma Olymp. LXXXV. 1. (1) eoque spectare Aristophanem, sic refingendum:

Ἀντίμαχον, τὸν Ψακαδᾶ, τὸν ξυγγραφῆ τῶν μελέων ποιητῶν,
Ὡς μὲν ἁπλῷ κ. τ. λ.

---

(1) In eadem sententia fuit Boeckhius, quem vide in *Oecon. Att.* I. pag. 345.

Vocem ξυγγραφεὺς autem habere hic vim *forensem*, de qua ad Thesmophoriazusas dicturum se pollicitus fidem non solvit (1). Mirum non est nemini hanc coniecturam placuisse, et multum vereor, ut eam vir feracis ingenii sibi ipse probaverit. Nam neque Ψακαδᾶ quid sit expediri potest, neque ξυγγραφῇ satis recte Attice dicitur pro ξυγγραφέα, tum ξυγγραφεὺς τῶν μελέων ποιητῶν detorquendum erit in eam sententiam, quam usus Atticorum respuit. Denique si vel maxime haec omnia sic accipi possent, quid, quaeso, fuit, cur Aristophanes rem olim obsoletam, quippe quindecim fere annis ante commissam, nunc demum acriter exagitaret?

Sed Aristophanis locus non ita accipiendus est, et quamquam mendam subesse e forma ξυγγραφῇ satis certum est, respiciturque aliquid, quod nos fugiat, hoc certe illis verbis perspicue significatur, Antimachum, quum in festis Lenaeis choragus esset, solemne convivium, quo post ludos choreutae excipi solebant, sordidius omisisse. Ac recentem fuisse iniuriam, de qua Choreutae conquerantur, ex toto carmine satis apparet: non intelligo tamen, qui Meinekius in *H. C. C.* pag. 41. non dubitare se dicat, quin id factum sit eo ipso tempore, quo *Acharnenses* docerentur. Magis etiam mirum accidit, cur ob tantillam rem toto chori carmine obscurum istum hominem lepide irriserit vss. 1150-1173. Sed quidquid latet, illud certum est, de coërcenda Comoediae licentia his certe temporibus neminem cogitare potuisse: quippe quod nonnisi in rebus turbidis afflictaque populi potentia umquam potuerit evenire. Sed quid verbis opus est,

(1) Fritzschius in *Quaestt. Aristoph.* pag. 306.

quum e fabulis, quas Aristophanes mox docuit, *Equitibus* et *Nubibus*, liquido constet, licentiam τοῦ κωμῳδεῖν tum maxime in pessimis et optimis in scenam producendis apparuisse. Itaque certum est natum esse istud commentum e futili recentiorum Grammaticorum coniectura, qua loco, quem non intelligebant, lucem afferre se putabant: id quod nimis saepe in Commentariis ad Aristophanem factum est. Vide autem ut error errorem parere soleat: apud Diogenianum, cuius locum Meinekius attulit, haec leguntur VIII. 71. *Ἐδόκει δὲ ὁ Ἀντίμαχος ψήφισμα πεποιηκέναι, ὅτι τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεστι φυσῆσαι, καὶ ὅτι μὴ δεῖ κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος, ὡς μὴ καθαρεύοντι.* qui quam diversa inepte miscuerit, apparebit conferenti Ruhnkenium ad *Rutil. Lup.* pag. 8.

Sed tandem circa ineuntem Olympiadem XCI iterum ea venere tempora, quae, crescente paucorum auctoritate, et populare imperium et una Comoediam graviter oppresserunt, et iterum poëtis eripuerunt Democratiae delicias, τὸ ὀνομαςὶ κωμῳδεῖν. Eam rem in historia Comoediae Atticae et populi Atheniensium gravissimam nonnisi tenui Scholiastae indicio et fragmento Comici eoque misere corrupto cognoscimus. Ad Aristophanis locum in *Avibus* vs. 1297. sqq.

> *Ὀρνιθομάνουν δ' οὕτω περιφανῶς, ὥςε καὶ*
> *Πολλοῖσιν ὀρνίθων ὀνόματ' ἦν κείμενα.*
> — —
> *Ἶβις Λυκούργῳ, Χαιρεφῶντι Νυκτερίς,*
> *Συρακοσίῳ δὲ Κίττα.*

haec veterum Criticorum excerpta supersunt: *Οὗτος γὰρ (Συρακόσιος) τῶν περὶ τὸ βῆμα. Καὶ Εὔπολις ὡς λάλον ἐν Πύλαις (Πόλεσι* recte Kusterus) *διασύρει·*

Συρακόσιος δ' ἔοικεν, ἡνίκ' ἂν λέγῃ,
Τοῖς κυνιδίοισι, τοῖσιν ἐπὶ τῶν τειχίων.
'Αναβὰς γὰρ ἐπὶ τὸ βῆμ' ὑλακτεῖ περιτρέχων.

(nam sic legendum. vid. Meinek. *Fragm. Com.* I. p. 511.) *Δοκεῖ δὲ καὶ ψήφισμα τεθεικέναι μὴ κωμῳδεῖσθαι ὀνομαστί τινα, ὡς Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ φησί· Ψῶρ' ἔχε Συρακόσιον. ἐπιφανὴς γὰρ αὐτῷ καὶ μέγα τύχοι. ἀφείλετο γὰρ κωμῳδεῖν, οὓς ἐπεθύμουν. Διὸ πικρότερον αὐτῷ προσφέρονται.* Mirandum non est fuisse, qui quum Scholiastarum futilitatem, nescio quas leges a se confictas pro verissimis venditantium, saepius deprehendissent, eodem pretio hanc narrationem habendam esse pronuntiarent, quo psephismata Cleonis et Antimachi, et plures huius generis ineptias, quas enumerat Clarissius in *Annot. ad Thucydideam Bell. Pel. Epocham* pag. 99. qui accurata disputatione narrationem hanc de coërcita Comicorum libertate nulla fide dignam esse ac pro commento reiiciendam ostendere aggressus est, ibid. p. 100. sq.

Sed quamquam Scholiastarum auctoritatem in ista farragine, in qua praeclarae eruditorum criticorum annotationes cum recentioris aetatis sordibus ubivis permixtae sunt, exiguam ac paene nullam esse ultro concedimus, tamen nulla fraudis suspicio cadit in Comici locum, quo Grammaticus rem obscuram comprobavit, et felici casu accidit ut, quum cetera misere sint depravata, ipsa verba, quae rem conficiant, sine controversia sint integerrima. Itaque Th. Bergkius in *App. Quaestt. Arist.* Fritzschii p. 317, nixus idoneo Phrynichi testimonio suspicatus est legem istam a Syracosio revera esse latam: non autem obscurum hominem sua sponte rem tantam aggredi potuisse,

sed subornatum esse a potenti viro, quem comoedia laesisset: eum autem fuisse Alcibiadem: tum legem fuisse perlatam, idque e fabulis mox actis luculenter apparere. Negari non potest coniecturam esse speciosissimam et dignam quae ad historiam illius temporis et comoediarum reliquias diligenter exigatur. Quo facto mihi quidem vir ingeniosus rem acu tetigisse visus est, quare utar eius invento et experiar ecquid novae lucis hinc comoediae Antiquae fabulis possit affundi.

Ac primum recte vidit Bergkius ex ipsis Phrynichi verbis, quae omni labe carent, *ἀφείλετο γὰρ κωμῳδεῖν, οὓς ἐπεθύμουν*, liquido apparere, legem in concione populi valuisse: nam poëta in parabasi nescio quas diras imprecatur Syracosio, exacerbatus dolore, quod iste sibi licentiam ademerat, quos irridere volebat, palam producendi notandique. Clarissius tamen l. l. pag. 100. aliam interpretationem attulit, quae vel propter insolitam pronominis traiectionem probari non potest. In emendanda reliqua fragmenti parte, quae miserrimum in modum depravata est: *Ψῶρ' ἔχε Συρακόσιον, ἐπιφανὴς γὰρ αὐτῷ καὶ μέγα τύχοι*, perparum profecimus coniectura Hermanni, proposita apud Fritzsch. *Quaestt. Arist.* pag. 307.

Φῶρ' ἔχθε Συρακόσιον
Κἀπιφανὴς γάρ.
Καὐτῷ τι τύχοι μέγ', ἀφείλετο γὰρ
Κωμῳδεῖν οὓς ἐπεθύμουν.

Sed ex parte incorrupta satis certum est, numeros esse anapaesticos Aristophaneos, quos, quia in loco conclamato licet esse paulo audaciorem, sic restitui posse conieci:

Ψώρα δὲ Συρακόσιον κατέχοι, τρυγικοῖς ἐφάνη γὰρ ἅπασιν
Μέγα πῆμα χοροῖσιν, ἀφείλετο γὰρ κωμῳδεῖν οὓς ἐπεθύμουν.

in qua lectione si quem forte repetitum *γὰρ* offenderit, satisfaciet Porsonus ad Eurip. *Med.* vs. 139, tum *χοροὶ τρυγικοί* pro *comoedia* notum est ex Aristophane, qui eodem modo usurpavit in *Acharnensium* Parabasi vs. 627.

Ἐξ οὗ γε χοροῖσιν ἐφέστηκεν τρυγικοῖς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν.

Comicus irritatus Syracosio, qui magna exortus erat Comoediae calamitas, scabiem imprecatur: luculento documento quid *κωμῳδεῖν* Atticis significet, nempe, uti diximus, non *nominatim carpere*, aut *conviciis proscindere;* (nam sic faceret Phrynichus, quod sibi vetitum conqueritur) sed scribere comoediam in aliquem, qui personatus in scena sic ageretur, ut spectatoribus aut ineptus aut improbus in rempublicam proponeretur. Cf. de hac re, quae iam satis certa est, Clintonum in Praef. ad *Fast. Hellen.* pag. LVI. Krueg. et Bergkium l. l. pag. 319.

Monotropum docuit Phrynichus et tertias tulit Archonte Chabria, Olymp. XCI. 2. Argum. *Avium: Ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου ἄρχοντος — πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς, τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ.* Itaque anno minimum superiore valuisse legem necesse est. Apparet autem non nisi gravissima de causa impetrari a populo potuisse, ut proderent poëtas Comicos, quorum iocis simul delectabantur et de Demagogis ceterisque civibus potentioribus, qui irridebantur in scena, plaudendo cachinnandoque vindictam quamdam sumebant. Sed nemo mirabitur, si Athenienses hoc ipso tempore in ingenti belli mole paranda trepidantes, et simul variis

suspicionibus anxii, nescio quas nobiliorum factiones et hostium insidias metuentes et acerrimis quaestionibus in diem sollicitudines augentes non aegre iis sint obsecuti, qui in re trepida comoediae licentiam coërcendam suaderent.

Expeditio Sicula et spes ingentis imperii praedaeque incenderat omnes, eamque in Alcibiade habebant maximam, qui prope solus gratia populi ita valebat, ut ei par nemo in civitate poneretur. At eundem timebant, quod plurimum obesse posse intelligebant: idque potissimum Comici, qui huiuscemodi ingenium in civitate libera ferri non posse acute videbant. Saepe in eum aculeos et dicteria coniecerant ceteri: sed Eupolis ante omnes, qui mordacissimam in eum scripsit fabulam *Βάπτας*, in qua qui ceteros ludificari solebat, ipse lepide irridebatur. Quam inique hanc contumeliam Alcibiades elatus gratia populi tulerit, vel e rumore conficias, quo ex simultate iocosum poëtam in mare praecipitem dedisse fertur. Itaque opportunitatem captasse, qua nimium lascivientes poëtas severe compesceret, verisimillimum est et lubens Bergkio credo affirmanti pag. 318. Nempe spernendus est locus, quem e docto commentatore Aristidis attulit, Tom. III. p. 444. Dind. *Ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι ἐκωμῴδουν ὀνομαστὶ τοὺς ἄνδρας μέχρις Εὐπόλιδος. περιεῖλε δὲ τοῦτο Ἀλκιβιάδης ὁ στρατηγὸς καὶ ῥήτωρ. Κωμῳδηθεὶς γὰρ παρὰ Εὐπόλιδος ἔῤῥιψεν αὐτὸν ἐν τῇ θαλάττῃ ἐν Σικελίᾳ συστρατευόμενον.* nam quamquam falsa esse constat, quae de nece Eupolidis addidit, reliqua in ingenium Alcibiadis temporumque illorum rationem tam egregie conveniunt, ut non de suo finxisse Grammaticum, sed e veterum auctoritate scripsisse non sit quod dubitemus.

Quaeri etiam potest, quisnam his temporibus praeter Alcibiadem ea apud plebem gratia valuerit, ut, quod omnibus erat iucundissimum perpetuaeque hilaritatis fons uberrimus, id unius cupidini sponte gratificarentur: nisi quis Syracosium istum, ignotum et ineptum hominem, id sua gratia impetrasse in animum inducere possit.

Interea ingens Athenis trepidatio orta est. Dum bellum summa ope paratur, Hermae omnes praeter unum una nocte deiiciuntur. Plebs variis curis sollicita et anxie metuens, ne qua repentina vis libertatem opprimeret, acerrimis quaestionibus erat intenta. Nequissimus quisque spe lucri falsa indicia in viros nobiles ad suspicacem plebem deferunt: optimi cives in vincula trahuntur. In hac trepidatione perlatum arbitror psephisma, quo Comoediae licentia repressa est. Scilicet plurimorum intererat, ut ne sua flagitia palam castigarentur: et plerisque etiam plebeiis hominibus videri potuit e rep. esse, ut contumeliae poëtarum in eos, a quorum virtute bellica ex longinqua expeditione gloriam et opes confidenter exspectabant, in aliquod certe tempus compescerentur. Quos florente rep. saepe proterve irriserant, mobili homines ingenio, eosdem in rebus dubiis, uti fit, nimia admiratione et observantia colebant: hinc summa gratia valebant apud populum iamiam in gravissimam expeditionem profecturi duces, et ante omnes Alcibiades. Atque ita denuo metu legis poëtae prohibiti, ne ea, quae de rep. deque consiliis demagogorum sentiebant, libere ac palam proloquerentur, coactique ad aliam materiam formamque confugere, in qua et ingenium lepidum ostenderent, et facetiis aculeum habentibus

ita spectatores oblectarent, ut ne violatae legis crimen in sese coniici posset.

Non tamen viris ingeniosis sollertia defuit: sed quamquam a rep. populique rectoribus palam ut ante carpendis abstinuerunt inviti, tamen in argumentis lepidissime fictis ea, quae sibi inepta aut improba videbantur, per ambages, sed ita ut acutus spectator intelligere posset, callide notabant, et in hoc genere iocorum etiam magis quam antea splenduit dives poëtarum vena et urbanissima dicacitas, quo plus leporis et facetiarum requirit urbanis aculeis aliquem ludere, quam conviciis palam irridere. Luculentum huius rei exemplum habemus Aristophanis *Aves*, in qua fabula tam scite et legi paruit et quae notare voluit traduxit, ut paulo minus acutis meras facetias fundere videatur, neque tamen latuerit Atticos spectatores, quid sibi ista Nephelococcygia voluerit avesque deos fame cruciantes, auctore illo Euelpide, qui Salaminiam triremem pessime oderat vs. 145. sqq. Eodem anno Lenaeis *Amphiaraum* docuit eodem scribendi genere, in qua decrepitum et morbo laborantem senem ridicula superstitione ineptum exhibuit, quem speciosa coniectura Suevernius in ingeniosa Comment. de *Avibus* Niciam fuisse suspicatur, quae suspicio tanta nitet veri specie, ut mirer Bergkium in alia omnia abiisse, fabulamque nimium *Equitibus* similem sibi animo informasse in *Arist. Fragm.* pag. 952.

Monotropus Phrynichi, quam eodem anno actam ex *Didascalia Avium* constat, eadem habet indicia compressae licentiae quae quis sentiebat proloquendi, ut ipse queritur, quemadmodum supra ostendimus. Itaque quum palam irridere non liceret, finxit senem

quemdam morosum, saevum, hominum osorem, qui ipse in prima fabula haec dicit:

ὄνομα δέ μοι
Μονότροπός ἐστι, ζῶ δὲ Τίμωνος βίον,
Ἄγαμον, ἄδουλον, ὀξύθυμον, ἀπρόσοδον,
Ἀγέλαστον, ἀδιάλεκτον, ἰδιογνώμονα.

nam sic initium fragmenti videtur emendandum: apud Bekkerum in *Anecd. Gr.* p. 344. editur: ὄνομα δέ μοὔστι Μ. ζῶ δὲ κ. τ. λ. In eodem prologo haec lecta fuisse suspicor ap. Poll. III. 48.

τηλικοῦτος ὤν,
Ἄπαις, ἀγύναικος.

ubi vulgo legitur τηλικοῦτος γέρων ex glossemate (1).

Facilis autem suspicio est, truculentum istum senem plurima de reip. conditione asperius conquestum esse, quo referendum videtur fragmentum apud Suidam v. Ὑπερακοντίζεις σύγ' ἤδη κ. τ. λ.

— ἀλλ' ὑπερβέβληκε πολὺ τὸν Νικίαν
Στρατηγίας πλήθει τε κἀξευρήμασιν.

ubi quum nescio quis Niciae praestare dicitur et imperiorum numero, et consiliorum sollertia, carpitur populus, qui soli Niciae totam Siculam expeditionem commiserat. Neque spernenda est speciosissima Bergkii suspicio, qui Phrynichi verba apud Plut. in *Nic.* cap. IV.

Ἦν γὰρ πολίτης ἀγαθὸς, ὡς εὖ οἶδ' ἐγὼ,
Κοὐχ ὑποταγεὶς ἐβάδιζεν, ὥσπερ Νικίας,

quibus anxii Niciae timiditas notatur, ad eandem fabulam retulit in *Comm.* pag. 372.

---

(1) Prorsus idem vitium insedit loco Phalaridis p. 46. Lennep. οὐκ ἄρα παύσῃ — τῆς ἀκρασίας τηλικοῦτος γέρων, sublatum a Valckenaerio in Praef. pag. XII. et in *Diatribe* pag. 141.

quum e fabulis, quas Aristophanes mox docuit, *Equitibus* et *Nubibus*, liquido constet, licentiam τοῦ κωμῳδεῖν tum maxime in pessimis et optimis in scenam producendis apparuisse. Itaque certum est natum esse istud commentum e futili recentiorum Grammaticorum coniectura, qua loco, quem non intelligebant, lucem afferre se putabant: id quod nimis saepe in Commentariis ad Aristophanem factum est. Vide autem ut error errorem parere soleat: apud Diogenianum, cuius locum Meinekius attulit, haec leguntur VIII. 71. Ἐδόκει δὲ ὁ Ἀντίμαχος ψήφισμα πεποιηκέναι, ὅτι τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεστι φυσῆσαι, καὶ ὅτι μὴ δεῖ κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος, ὡς μὴ καθαρεύοντι. qui quam diversa inepte miscuerit, apparebit conferenti Ruhnkenium ad *Rutil. Lup.* pag. 8.

Sed tandem circa ineuntem Olympiadem XCI iterum ea venere tempora, quae, crescente paucorum auctoritate, et populare imperium et una Comoediam graviter oppresserunt, et iterum poëtis eripuerunt Democratiae delicias, τὸ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν. Eam rem in historia Comoediae Atticae et populi Atheniensium gravissimam nonnisi tenui Scholiastae indicio et fragmento Comici eoque misere corrupto cognoscimus. Ad Aristophanis locum in *Avibus* vs. 1297. sqq.

> Ὀρνιθομάνουν δ' οὕτω περιφανῶς, ὥστε καὶ
> Πολλοῖσιν ὀρνίθων ὀνόματ' ἦν κείμενα.
> — —
> Ἶβις Λυκούργῳ, Χαιρεφῶντι Νυκτερίς,
> Συρακοσίῳ δὲ Κίττα.

haec veterum Criticorum excerpta supersunt: Οὗτος γὰρ (Συρακόσιος) τῶν περὶ τὸ βῆμα. Καὶ Εὔπολις ὡς λάλον ἐν Πύλαις (Πόλεσι recte Kusterus) διασύρει·

Συρακόσιος δ' ἔοικεν, ἡνίκ' ἂν λέγῃ,
Τοῖς κυνιδίοισι, τοῖσιν ἐπὶ τῶν τειχίων.
'Αναβὰς γὰρ ἐπὶ τὸ βῆμ' ὑλακτεῖ περιτρέχων.

(nam sic legendum. vid. Meinek. *Fragm. Com.* I. p. 511.) Δοκεῖ δὲ καὶ ψήφισμα τεθεικέναι μὴ κωμῳδεῖσθαι ὀνομαςί τινα, ὡς Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ φησί· Ψῶρ' ἔχε Συρακόσιον. ἐπιφανὴς γάρ αὐτῷ καὶ μέγα τύχοι. ἀφείλετο γὰρ κωμῳδεῖν, οὓς ἐπεθύμουν. Διὸ πικρότερον αὐτῷ προσφέρονται. Mirandum non est fuisse, qui quum Scholiastarum futilitatem, nescio quas leges a se confictas pro verissimis venditantium, saepius deprehendissent, eodem pretio hanc narrationem habendam esse pronuntiarent, quo psephismata Cleonis et Antimachi, et plures huius generis ineptias, quas enumerat Clarissius in *Annot. ad Thucydideam Bell. Pel. Epocham* pag. 99. qui accurata disputatione narrationem hanc de coërcita Comicorum libertate nulla fide dignam esse ac pro commento reiiciendam ostendere aggressus est, ibid. p. 100. sq.

Sed quamquam Scholiastarum auctoritatem in ista farragine, in qua praeclarae eruditorum criticorum annotationes cum recentioris aetatis sordibus ubivis permixtae sunt, exiguam ac paene nullam esse ultro concedimus, tamen nulla fraudis suspicio cadit in Comici locum, quo Grammaticus rem obscuram comprobavit, et felici casu accidit ut, quum cetera misere sint depravata, ipsa verba, quae rem conficiant, sine controversia sint integerrima. Itaque Th. Bergkius in *App. Quaestt. Arist.* Fritzschii p. 317, nixus idoneo Phrynichi testimonio suspicatus est legem istam a Syracosio revera esse latam: non autem obscurum hominem sua sponte rem tantam aggredi potuisse,

sed subornatum esse a potenti viro, quem comoedia laesisset: eum autem fuisse Alcibiadem: tum legem fuisse perlatam, idque e fabulis mox actis luculenter apparere. Negari non potest coniecturam esse speciosissimam et dignam quae ad historiam illius temporis et comoediarum reliquias diligenter exigatur. Quo facto mihi quidem vir ingeniosus rem acu tetigisse visus est, quare utar eius invento et experiar ecquid novae lucis hinc comoediae Antiquae fabulis possit affundi.

Ac primum recte vidit Bergkius ex ipsis Phrynichi verbis, quae omni labe carent, *ἀφείλετο γὰρ κωμῳδεῖν, οὓς ἐπεθύμουν*, liquido apparere, legem in concione populi valuisse: nam poëta in parabasi nescio quas diras imprecatur Syracosio, exacerbatus dolore, quod iste sibi licentiam ademerat, quos irridere volebat, palam producendi notandique. Clarissius tamen l. l. pag. 100. aliam interpretationem attulit, quae vel propter insolitam pronominis traiectionem probari non potest. In emendanda reliqua fragmenti parte, quae miserrimum in modum depravata est: *Ψῶρ' ἔχε Συρακόσιον, ἐπιφανὴς γὰρ αὐτῷ καὶ μέγα τύχοι*, perparum profecimus coniectura Hermanni, proposita apud Fritzsch. *Quaestt. Arist.* pag. 307.

> *Φῶρ' ἔχθε Συρακόσιον*
> *Κἀπιφανὴς γάρ.*
> *Καὐτῷ τι τύχοι μέγ', ἀφείλετο γὰρ*
> *Κωμῳδεῖν οὓς ἐπεθύμουν.*

Sed ex parte incorrupta satis certum est, numeros esse anapaesticos Aristophaneos, quos, quia in loco conclamato licet esse paulo audaciorem, sic restitui posse conieci:

Ψώρα δὲ Συρακόσιον κατέχοι, τρυγικοῖς ἐφάνη γὰρ ἅπασιν
Μέγα πῆμα χοροῖσιν, ἀφείλετο γὰρ κωμῳδεῖν οὓς ἐπεθύμουν.

in qua lectione si quem forte repetitum *γὰρ* offenderit, satisfaciet Porsonus ad Eurip. *Med.* vs. 139, tum *χοροὶ τρυγικοί* pro *comoedia* notum est ex Aristophane, qui eodem modo usurpavit in *Acharnensium* Parabasi vs. 627.

Ἐξ οὗ γε χοροῖσιν ἐφέστηκεν τρυγικοῖς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν.

Comicus irritatus Syracosio, qui magna exortus erat Comoediae calamitas, scabiem imprecatur: luculento documento quid *κωμῳδεῖν* Atticis significet, nempe, uti diximus, non *nominatim carpere*, aut *conviciis proscindere;* (nam sic faceret Phrynichus, quod sibi vetitum conqueritur) sed scribere comoediam in aliquem, qui personatus in scena sic ageretur, ut spectatoribus aut ineptus aut improbus in rempublicam proponeretur. Cf. de hac re, quae iam satis certa est, Clintonum in Praef. ad *Fast. Hellen.* pag. LVI. Krueg. et Bergkium l. l. pag. 319.

Monotropum docuit Phrynichus et tertias tulit Archonte Chabria, Olymp. XCI. 2. Argum. *Avium: Ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου ἄρχοντος — πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς, τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ.* Itaque anno minimum superiore valuisse legem necesse est. Apparet autem non nisi gravissima de causa impetrari a populo potuisse, ut prodерent poëtas Comicos, quorum iocis simul delectabantur et de Demagogis ceterisque civibus potentioribus, qui irridebantur in scena, plaudendo cachinnandoque vindictam quamdam sumebant. Sed nemo mirabitur, si Athenienses hoc ipso tempore in ingenti belli mole paranda trepidantes, et simul variis

suspicionibus anxii, nescio quas nobiliorum factiones et hostium insidias metuentes et acerrimis quaestionibus in diem sollicitudines augentes non aegre iis sint obsecuti, qui in re trepida comoediae licentiam coërcendam suaderent.

Expeditio Sicula et spes ingentis imperii praedaeque incenderat omnes, eamque in Alcibiade habebant maximam, qui prope solus gratia populi ita valebat, ut ei par nemo in civitate poneretur. At eundem timebant, quod plurimum obesse posse intelligebant: idque potissimum Comici, qui huiuscemodi ingenium in civitate libera ferri non posse acute videbant. Saepe in eum aculeos et dicteria coniecerant ceteri: sed Eupolis ante omnes, qui mordacissimam in eum scripsit fabulam *Βάπτας*, in qua qui ceteros ludificari solebat, ipse lepide irridebatur. Quam inique hanc contumeliam Alcibiades elatus gratia populi tulerit, vel e rumore conficias, quo ex simultate iocosum poëtam in mare praecipitem dedisse fertur. Itaque opportunitatem captasse, qua nimium lascivientes poëtas severe compesceret, verisimillimum est et lubens Bergkio credo affirmanti pag. 318. Nempe spernendus est locus, quem e docto commentatore Aristidis attulit, Tom. III. p. 444. Dind. *Ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι ἐκωμῴδουν ὀνομαςὶ τοὺς ἄνδρας μέχρις Εὐπόλιδος. περιεῖλε δὲ τοῦτο Ἀλκιβιάδης ὁ ςρατηγὸς καὶ ῥήτωρ. Κωμῳδηθεὶς γὰρ παρὰ Εὐπόλιδος ἔῤῥιψεν αὐτὸν ἐν τῇ θαλάττῃ ἐν Σικελίᾳ συςρατευόμενον.* nam quamquam falsa esse constat, quae de nece Eupolidis addidit, reliqua in ingenium Alcibiadis temporumque illorum rationem tam egregie conveniunt, ut non de suo finxisse Grammaticum, sed e veterum auctoritate scripsisse non sit quod dubitemus.

Quaeri etiam potest, quisnam his temporibus praeter Alcibiadem ea apud plebem gratia valuerit, ut, quod omnibus erat iucundissimum perpetuaeque hilaritatis fons uberrimus, id unius cupidini sponte gratificarentur: nisi quis Syracosium istum, ignotum et ineptum hominem, id sua gratia impetrasse in animum inducere possit.

Interea ingens Athenis trepidatio orta est. Dum bellum summa ope paratur, Hermae omnes praeter unum una nocte deiiciuntur. Plebs variis curis sollicita et anxie metuens, ne qua repentina vis libertatem opprimeret, acerrimis quaestionibus erat intenta. Nequissimus quisque spe lucri falsa indicia in viros nobiles ad suspicacem plebem deferunt: optimi cives in vincula trahuntur. In hac trepidatione perlatum arbitror psephisma, quo Comoediae licentia repressa est. Scilicet plurimorum intererat, ut ne sua flagitia palam castigarentur: et plerisque etiam plebeiis hominibus videri potuit e rep. esse, ut contumeliae poëtarum in eos, a quorum virtute bellica ex longinqua expeditione gloriam et opes confidenter exspectabant, in aliquod certe tempus compescerentur. Quos florente rep. saepe proterve irriserant, mobili homines ingenio, eosdem in rebus dubiis, uti fit, nimia admiratione et observantia colebant: hinc summa gratia valebant apud populum iamiam in gravissimam expeditionem profecturi duces, et ante omnes Alcibiades. Atque ita denuo metu legis poëtae prohibiti, ne ea, quae de rep. deque consiliis demagogorum sentiebant, libere ac palam proloquerentur, coactique ad aliam materiam formamque confugere, in qua et ingenium lepidum ostenderent, et facetiis aculeum habentibus

ita spectatores oblectarent, ut ne violatae legis crimen in sese coniici posset.

Non tamen viris ingeniosis sollertia defuit: sed quamquam a rep. populique rectoribus palam ut ante carpendis abstinuerunt inviti, tamen in argumentis lepidissime fictis ea, quae sibi inepta aut improba videbantur, per ambages, sed ita ut acutus spectator intelligere posset, callide notabant, et in hoc genere iocorum etiam magis quam antea splenduit dives poëtarum vena et urbanissima dicacitas, quo plus leporis et facetiarum requirit urbanis aculeis aliquem ludere, quam conviciis palam irridere. Luculentum huius rei exemplum habemus Aristophanis *Aves*, in qua fabula tam scite et legi paruit et quae notare voluit traduxit, ut paulo minus acutis meras facetias fundere videatur, neque tamen latuerit Atticos spectatores, quid sibi ista Nephelococcygia voluerit avesque deos fame cruciantes, auctore illo Euelpide, qui Salaminiam triremem pessime oderat vs. 145. sqq. Eodem anno Lenaeis *Amphiaraum* docuit eodem scribendi genere, in qua decrepitum et morbo laborantem senem ridicula superstitione ineptum exhibuit, quem speciosa coniectura Suevernius in ingeniosa Comment. de *Avibus* Niciam fuisse suspicatur, quae suspicio tanta nitet veri specie, ut mirer Bergkium in alia omnia abiisse, fabulamque nimium *Equitibus* similem sibi animo informasse in *Arist. Fragm.* pag. 952.

Monotropus Phrynichi, quam eodem anno actam ex *Didascalia Avium* constat, eadem habet indicia compressae licentiae quae quis sentiebat proloquendi, ut ipse queritur, quemadmodum supra ostendimus. Itaque quum palam irridere non liceret, finxit senem

quemdam morosum, saevum, hominum osorem, qui ipse in prima fabula haec dicit:

ὄνομα δέ μοι
Μονότροπός ἐςι, ζῶ δὲ Τίμωνος βίον,
Ἄγαμον, ἄδουλον, ὀξύθυμον, ἀπρόσοδον,
Ἀγέλαςον, ἀδιάλεκτον, ἰδιογνώμονα.

nam sic initium fragmenti videtur emendandum: apud Bekkerum in *Anecd. Gr.* p. 344. editur: ὄνομα δέ μοὔςι Μ. ζῶ δὲ κ. τ. λ. In eodem prologo haec lecta fuisse suspicor ap. Poll. III. 48.

τηλικοῦτος ὢν,
Ἄπαις, ἀγύναικος.

ubi vulgo legitur τηλικοῦτος γέρων ex glossemate (1).

Facilis autem suspicio est, truculentum istum senem plurima de reip. conditione asperius conquestum esse, quo referendum videtur fragmentum apud Suidam v. Ὑπερακοντίζεις σύγ' ἤδη κ. τ. λ.

— ἀλλ' ὑπερβέβληκε πολὺ τὸν Νικίαν
Στρατηγίας πλήθει τε κἀξευρήμασιν.

ubi quum nescio quis Niciae praestare dicitur et imperiorum numero, et consiliorum sollertia, carpitur populus, qui soli Niciae totam Siculam expeditionem commiserat. Neque spernenda est speciosissima Bergkii suspicio, qui Phrynichi verba apud Plut. in *Nic.* cap. IV.

Ἦν γὰρ πολίτης ἀγαθὸς, ὡς εὖ οἶδ' ἐγὼ,
Κοὐχ ὑποταγεὶς ἐβάδιζεν, ὥσπερ Νικίας,

quibus anxii Niciae timiditas notatur, ad eandem fabulam retulit in *Comm.* pag. 372.

---

(1) Prorsus idem vitium insedit loco Phalaridis p. 46. Lennep. οὐκ ἄρα παύσῃ — τῆς ἀκρασίας τηλικοῦτος γέρων, sublatum a Valckenaerio in Praef. pag. XII. et in *Diatribe* pag. 141.

Circa haec ipsa tempora scripta videtur Platonis fabula *Περιάλγης* (nam sic scribendum infra ostendemus) sive *Querulus*, qui iniquo animo perturbatam remp. et malas artes Demagogorum ferens, asperrimis morosisque querelis in istorum vitia et flagitia invehebatur. Sed de hac fabula deinde plura disputabimus.

Praeter huiusmodi argumenta, in quibus poëtae callide quid sentirent de rep. urbanis et lepidis involucris et per ambages significabant, saepissime de aliis rebus in fabulis ludebant. Nam non solum si quid in rep. et a moderatoribus populi stulte aut flagitiose ageretur multa cum libertate carpebant, sed etiam quidquid in singulorum vita ac moribus, aut in consuetudine et institutis totius populi viris acutis videbatur reprehendendum, id libere et urbanissima dicacitate explodebant. Nimiam et ridiculam Atheniensium φιλοδικίαν tam scite lusit in *Vespis* Aristophanes, ut nemo salsioribus iocis tam praeclara consilia umquam condiverit. Comici omnes contemtum deorum et novas religiones et ineptam superstitionem et iniquum imperium et alia vitia civibus suis ita exprobraverunt, ut quamvis ridentes non sine morsu domum discederent spectatores. Labefactatam maiorem disciplinam et mores corruptos saepe acriter exagitabant: depravari iuventutem Atticam sophistarum argutiis acutos poëtas non latuit: ergo sensere sophistae Comicorum acrimoniam: ne philosophis quidem pepercerunt, neque solus Aristophanes, sed Eupolis, Amipsias, alii Atticum εἴρωνα Socratem, nonnihil ita meritum, aspere castigaverunt. Sed prae omnibus acerrima tela in tragicos coniiciebant: ipsi praeclari ingeniorum et poëseos spectatores non solum quidquid tumidum erat et

languidum aut quomodocunque ineptum urbane explodebant, sed praeclarissimum quodque, ut in cachinnos erumperent tota theatra, iocosissimae paroediae lusu in risum iocumque detorquebant. Atque eo genere, quo nihil est ad risum movendum efficacius, abundant omnes Aristophanis fabulae et deperditorum poëtarum quidquid superest. Sed non tantum singula tragicorum dicta, sed etiam integra argumenta Comici in lepidos iocos transfuderunt, neque hoc genus, quod multi putaverunt, recentioris aetatis est, sed olim in ipsis Comoediae primordiis natum diligentius excoli coeptum est, quibus temporibus in angustiores cavillandi irridendique fines Comoedia fuit compulsa. Atque fuit haec quasi quaedam Tragico-Comoedia, in qua neque principes in rep. viri producebantur, neque fictae personae iocosis et ridiculis moribus, sed dii et heroës et reges, verbo personae, quales in Tragoediis et dramatibus Satyricis prodire solebant. In his saepe Bacchus, sed omnium saepissime Hercules, magna moles corporis, sed obtusi nulliusque ingenii, helluo et mulierosus, cum multa scurrilitate in scena agebatur. Olim sic luserant poëtae, multum indignante Cratino, cuius de ea re dicterium, quod exstat ap. Scholiast. ad *Pac.* vs. 742. misere corruptum aliquando, spero, felicius ingenium aut meliores libri emendatum dabunt.

Sed frustra increpuit: nam easdem facetias non semel Aristophanes in suis aequalibus explosit, ut in *Pacis* Parabasi vs. 740. sqq.

Πρῶτον μὲν γὰρ τοὺς ἀντιπάλους μόνος ἀνθρώπων κατέπαυσεν
Ἐς τὰ ῥάκια σκώπτοντας ἀεὶ καὶ τοῖς φθειρσὶν πολεμοῦντας,
Τούς θ' Ἡρακλέας τοὺς μάττοντας καὶ τοὺς πεινῶντας ἐκείνους

Τοὺς φεύγοντας, κἀξαπατῶντας καὶ τυπτομένους ἐπίτηδες
Ἐξήλασ' ἀτιμώσας αἰσχρῶς.

ubi Scholiasta haec quantivis pretii adscripsit: ἐπεπόλαζε γὰρ τότε ταῦτα, Ἡρακλῆς πεινῶν, καὶ Διόνυσος δειλὸς, καὶ μοιχὸς Ζεύς. Idem in *Vesp.* vs. 57. sqq.

Ἡμῖν γὰρ οὐκ ἔς' οὔτε κάρυ' ἐκ φορμίδος
Δούλω παραῤῥιπτοῦντε τοῖς θεωμένοις,
Οὔθ' Ἡρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος.

in quibus Comoediae paulo ante actae argumentum illepidum et frigidum traducitur. Comici igitur, qui iam ante huiuscemodi argumentis multum luserant, nunc a carpenda reip. gerendae ratione lege et temporibus prohibiti, totos se hisce iocis dediderunt, ita tamen ut materiam per se satis frigidam aculeis in praesentem reip. statum callide iactis ingeniose ornarent: quod quum ipse Plato saepius fecerit, illud mox magis opportuno loco copiosius explicabimus.

Ceterum quamquam ademtum est poëtis comicis de qua re vellent pro arbitrio iocari, nullis tamen aliis rebus chororum comicorum splendor imminutus est, sicuti ante, quo tempore legibus compescebantur, fabulas chori carminibus et Parabasi caruisse cognovimus. Nam neque *Vespae* his ornamentis sunt destitutae, neque Phrynichi *Monotropus*, ex cuius Parabasi locus, quem supra attigimus, desumtus est. Etiam *Amphiarai* Parabaseos partem ad nos pervenisse certum est, quandoquidem nemo dubitare potest, quin duo loci apud Hephaest. pag. 53. Gaisf. et Schol. ad *Pac.* vs. 473.

Οἶδα μὲν ἀρχαῖόν τι δρῶν κοὐχὶ λέληθ' ἐμαυτόν

et

— ⏑ ἀφ' οὗ (1) κωμῳδικὸν μορμολυκεῖον ἔγνων

in Parabasi fuerint lecti: id quod et numeri ostendunt, et confirmat sententia, quae ex Poëtae persona pronuntiatur.

Sed hanc ancipiti ioco ludendi libertatem (2) et quidquid legis severitas chororum magnificentiae non ademerat, id omne mox eripuerunt tristissimae calamitates, quae quum democratiam funditus affligerent, una Comoediam, libertatis populi filiam et alumnam, pessumdederunt. Deleta classe et copiis in bello Siculo, exhausto diuturni belli sumtibus aerario afflictisque simul privatorum opibus, defecere choragi: credo, etiam frigebant cives ad Comicorum lepores, quia nullus non communes omnium aerumnas in semet ipso ac suis senserat. Simul Athenis in ingenti omnium trepidatione oligarchis crescunt animi: male repugnantem populum facile negotio superant: democratia in oligarchiam mutatur. Poëtis omni auxilio destitutis terror incutitur: *τῆς δημοκρατίας ὑποχωρούσης ὑπὸ τῶν κατὰ τὰς Ἀθήνας τυραννούντων καὶ καθισαμένης ὀλιγαρχίας καὶ μεταπιπτούσης τῆς ἐξουσίας τοῦ δήμου εἰς ὀλίγους καὶ κρατυνομένης τῆς ὀλιγαρχίας ἐνέπιπτε τοῖς ποιηταῖς φόβος*, ut rectissime Platonius *περὶ διαφ. κωμ.* pag. XXXIII. Nulli iam ioci aculeati periculo carebant: nam qui tangebantur, ab auctore dicaci severas poenas

(1) Quod hic interposuit Bergkius in *Fragm. Arist.* pag. 958. τό, numeros corrumpit, sed festinantis *σφάλμα* esse arbitror.

(2) Huc pertinet locus incerti Grammatici *περὶ κωμῳδίας* pag. XXXI. *Ἐπεὶ δὲ ἡ κακία προέκοπτεν, οἱ πλούσιοι καὶ οἱ ἄρχοντες μὴ βουλόμενοι κωμῳδεῖσθαι τοῦ μὲν φανερῶς κωμῳδεῖν ἐκώλυσαν, ἐκέλευσαν δὲ κρύφα, οἷον αἰνιγματωδῶς. εἶτα δὴ καὶ τοῦτο ἐκώλυσαν.*

exigebant: οὐ γάρ ἦν τινα προφανῶς σκώπτειν, δίκας ἀπαιτούντων τῶν ὑβριζομένων παρὰ τῶν ποιητῶν — καὶ διὰ τοῦτο (nec mirum) ὀκνηρότεροι πρὸς τὰ σκώμματα ἐγένοντο. Platonius ibid.

Sed brevis ille timor fuit: nam vix per quatuor menses Quadringenti infirmum imperium retinere potuerunt. Revertitur Alcibiades: democratia restituitur: sed non statim ea rediere tempora, quae misere fractam Comoediam fovere et restituere possent: non erat cavillandi locus in recenti ac male curato reip. vulnere: sed paulatim populus ad pristinam licentiam rediit factusque malis suspicacior potentioribus in reip. viris infestus erat. Alcibiades iterum cedit invidiae et ultro abit in exsilium, et nequissimi homines, conciliata sibi adulando largiendoque plebeculae gratia, impune remp. perturbant. In hac licentia animos Comoedia recepit, et pristina audacia improbos demagogos aggressa est κωμῳδεῖν, Olympiadis circiter XCIII anno tertio, quo anno Aristophanes *Ranas* docuit, antiqui spiritus fabulam, in qua cives nequissimos auctoritate male parta proterve abutentes aspere exagitavit, Cleophontem, Archedemum, alios. Non minore audacia eodem anno Plato, in demagogorum importunissimum *Cleophontem*, productum in scena, amarissimam conviciorum virulentiam effudit, uti infra ostendemus.

Sed non diu Comoedia antiqua sic quasi revixit: ac brevi post funditus deleta est: cuius rei plures causae exstiterunt. Coorti sunt, qui illatas sibi a Comicis iniurias quavis ratione ulcisci gestirent. Ex horum numero Agyrrhius fuit, homo nequam, qui laesus a Comicis gratia, quam largiendo sibi paraverat, vid.

Arist. *Eccles.* vs. 183. seqq., abusus est, ut poëtarum mercedem imminueret. Cognoscitur hoc ex Aristoph. *Ran.* vs. 370, ubi Poëta discedere iubet et alios flagitiosos homines, et si quis

τοὺς μισθοὺς τῶν ποιητῶν ῥήτωρ ὢν εἶτ' ἀποτρώγει
Κωμῳδηθεὶς ἐν ταῖς πατρίοις τελεταῖς ταῖς τοῦ Διονύσου.

ubi scholia, editis uberiora, quae Dindorfius ex codice protracta communicavit cum Meinekio, (quem vide in *Fragm. Com.* II. pag. 661.) haec habent: *τοῦτο εἰς Ἀρχῖνον. μήποτε δὲ καὶ εἰς Ἀγύῤῥιον. μέμνηται δὲ τούτων καὶ Πλάτων ἐν Σκευαῖς καὶ Σαννυρίων ἐν Δανάῃ. Οὗτοι γὰρ προϊστάμενοι τῆς δημοσίας τραπέζης τὸν μισθὸν τῶν κωμῳδῶν ἐμείωσαν κωμῳδηθέντες.* Schol. ad *Eccles.* vs. 183. *Ὁ Ἀγύῤῥιος στρατηγὸς θηλυδριώδης — τὸν μισθὸν τῶν ποιητῶν συνέτεμε καὶ πρῶτος ἐκκλησιαστικὸν δέδωκεν.* Eodem odio eadem de causa suscepto persecutus est Comicos Cinesias, cuius inepta carmina et vitae sordes creberrime dicacitatem poëtarum erant experta. Lysias apud Athen. XII. p. 551. E. *Κινησίας — ἐξαμαρτάνων, ἃ τοῖς μὲν ἄλλοις αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν, τῶν κωμῳδοδιδασκάλων δ' ἀκούετε καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν.* quamobrem irritatus poëtaster id egit, ut, in penuria publica scilicet, nihil in choros comicos erogaretur. Scholiast. ad Aristoph. *Ran.* vs. 153. *ὁ Κινησίας ἐπραγματεύσατο κατὰ τῶν κωμικῶν, ὡς εἶεν ἀχορήγητοι.*

Multum istorum malevolentiam adiuvit totius civitatis inopia, qua fiebat, ut impensos (1) choragiorum sumtus, si quam maxime voluissent, fere nullo modo amplius

(1) De sumtu, quo chori choregis constabant, cf. Spanhem. ad *Callim.* p. 363. Ern. Wolf. *Proleg. ad Lept.* p. 39.

possent. *Ἐπέλιπον οἱ χορηγοὶ*, ait Platonius pag. XXXIV. *οὐ γὰρ ἔτι προθυμίαν εἶχον οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς χορηγοὺς τοὺς τὰς δαπάνας τοῖς χορευταῖς παρέχοντας χειροτονεῖν.* Nihil tamen intentatum reliquerunt, ut suus Comoediae honos et splendor constaret: itaque quum aliquamdiu maligne ob penuriam Comicis sumtus ad choros ornandos essent suppeditati, placuit Olymp. XCIII. anno tertio, ut bini choragi singulis darentur, quod constat luculento Aristotelis testimonio apud Schol. Arist. *Ran.* vs. 406. *Ἤδη λιτῶς ἐχορηγεῖτο τοῖς ποιηταῖς. ἐπὶ γοῦν τοῦ Καλλίου τούτου φησὶν Ἀριστοτέλης, ὅτι σύνδυο ἔδοξε χορηγεῖν τὰ Διονύσια τοῖς τραγῳδοῖς καὶ κωμῳδοῖς· ὥστε ἦν τις καὶ παρὰ τὸν Ληναϊκὸν ἀγὼν συστολή.* Huius rei obscurum aliquod vestigium mihi olim reperisse videbar in loco Stephani Byzantini v. *Ἀτήνη* — *ὁ δημότης Ἀτηνεύς. Πατροκλῆς Ἀτηνεὺς ἐχορήγει καὶ Παντακλῆς*, quem ex veteri Didascalia excerptum esse perspicuum est: sed iam malim locum corruptum existimare, quod fecit Meinekius in *H. C. C.* pag. 6, cuius tamen ratio videtur aliquanto audacior.

Atque sic aegre aliquamdiu vetus honos fabulis servatus videtur. Sed mox his etiam deficientibus non magis opinor inopia civium, quam reip. a Spartanis oppressae calamitatibus, actum fuit simul de libera Atheniensium rep. deqne Comoedia, qualem habuerant liberi. Audiamus iterum eruditum Grammaticum, Platonium pag. XXXIV. *τῶν γὰρ χορηγῶν μὴ χειροτονουμένων καὶ τῶν χορευτῶν οὐκ ἐχόντων τὰς τροφὰς ὑπεξῃρέθη τῆς κωμῳδίας τὰ χορικὰ μέλη καὶ τῶν ὑποθέσεων ὁ τρόπος μετεβλήθη.* Vicerat Cinesias: Aristoteles ap. Schol. ad *Ran.* vs. 406. *χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον καθάπαξ* (nam sic leg. esse pro *δι' οὗ πολλοὶ ὕστερον*

καθάπερ multi docuerunt) *τὰς χορηγίας περιεῖλε Κινησίας*. Accidisse hoc post eiectos Trigintaviros restitutamque libertatem populi novimus luculento Lysiae indicio, apud quem pag. 162. R. reus ait: *ἐπὶ Εὐκλείδου κωμῳδοῖς χορηγῶν Κηφισοδώρῳ*, (sic recte emendavit Clinton. in *Fast. Hellen.* pag. 95. vulg. *Κηφισοδότῳ*) *ἐνίκων καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τῆς σκευῆς ἀναθέσει ἑκκαίδεκα μνᾶς*. Sed iam multo prius pristina chori magnificentia remiserat, teste Scholiasta Euripidis, qui scribit ad *Medeam* vs. 517. *κατὰ δὲ τούτους ἤδη τὰ τῶν χορῶν ἠμαύρωται*, quod pertinet ad repetitam *Medeae* editionem post Olymp. XCI. 3. Tum saltationes Comicae, quibus olim poëtae spectatores exhilarabant, paulatim abierant in desuetudinem, de qua re Plato *ἐν Σκευαῖς* acerbe queritur apud Athenaeum XIV. pag. 628. D. his verbis:

Ὥςτ' εἴ τις ὀρχεῖτ' (1) *εὖ θέαμ' ἦν, νῦν δὲ δρῶσιν οὐδὲν,*
Ἀλλ' ὥσπερ ἀπόπληκτοι ςάδην ἑςῶτες ὠρύονται.

quibus pristinum chororum splendorem cum praesentis aetatis tenuitate indignatus comparabat.

Docuisse autem videtur Plato hanc Comoediam circa Olympiadem XCIII, quod satis certo conficitur e fragmento, quod supra apposuimus, ubi Agyrrhium, quia Comicorum mercedem imminuerat, exagitasse dicitur. Eodem argumento Sannurionis *Δανάην*, quae etiam alia de causa ad haec tempora pertinere videbatur (vid. Clint. *Fast. Hell.* pag. 87.) ad eandem aetatem referendam esse prope certum est.

---

(1) Editur *ὀρχοῖτ'*, quod soloecum est. Correxit Bergkius ap. Meinek. *Fragm.* C. pag. 659.

Sed etiam aliud florentis Comoediae institutum, Parabases, in quibus olim vim maximam exseruerat (vid. Plutarch. *Sympos*. VII, 8, 3. col. Aristid. I. p. 510) perdurare iniquitate temporum non potuerunt, sed, ut verissime Eichstaedt, de *Dram. Com. Sat.* pag. 75. *imperio tyrannorum pulsae de scena migrarunt.* *Τὰ μὲν γὰρ ἔχοντα τὰς παραβάσεις*, ait Platonius pag. xxxiv. *κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐδιδάχθη, καθ᾽ ὃν ὁ δῆμος ἐκράτει, τὰ δὲ οὐκ ἔχοντα τῆς ἐξουσίας λοιπὸν ἀπὸ τοῦ δήμου μεθισαμένης καὶ τῆς ὀλιγαρχίας κρατούσης.*

Atque sic paulatim Comoedia antiqua prorsus immutata est ac tandem deleta: quo referendum videtur, quod habet incertus auctor de vita Aristophanis p. xxxvii. *Ψηφίσματος γὰρ γενομένου χορηγοῦ* (*χορηγικοῦ* Meinekius) *ὥςε μὴ ὀνομαςὶ κωμῳδεῖν τινα καὶ τῶν χορηγῶν οὐκ ἀντεχόντων — ἔγραψε Κώκαλον.* Nam istud Psephisma, qualecumque fuit, non temere ad Triginta tyrannorum aetatem retuleris, qui quidquid liberos gerebat spiritus tristi servitute oppresserunt. Ac tum demum chori Comicorum prorsus obticuerunt, sublata, ut canit ille, iure nocendi, sed simul sublata opportunitate liberam vocem adversus flagitiosos homines populumque peccantem emittendi. Nunquam ex hac calamitate Comoedia vetus Attica emersit, quamquam emersit libertas populi; cuius rei causam et in mutatam temporum rationem conferendam arbitror, sed multo etiam magis hinc repetendam, quod deferbuerant ingenia, quae Athenae felicissima viderunt, neque succreverant alii, qui patrum laudem tuerentur. Senescentibus autem illis, quorum iuvenilis ardor florentissimam Comoediae aetatem expleverat, non erat quidem effoetum ingenium, sed mitiores facetias et iocosas

magis quam mordaces proferebat. Testis esto Aristophanes: quanta urbanitas leporum et sententiarum elegantia nitet in *Ecclesiazusis*, quam festivus senex exhibuit populo? Sed ubi fervor ille, quo ardent *Acharnenses* et *Equites*, quas scripserat iuvenis, avidus laudis? Quid, si eius fabulam *Cocalum*, in qua stupratam virginem liberosque surreptos felici eventu parentibus redditos haud secus ac Menander finxerat? Quid si cum superioribus fabulis *Aeolosiconem* conferimus, *Daedalum*, *Polyidum*, *Phoenissas*, in quibus mythologicis argumentis personisque Tragicorum in risum iocumque detorquendis populares oblectavit, non ita ut Tragoedias tamquam ineptas reprehenderet, quam futilem opinionem a veteribus Grammaticis acceptam (1) fervidius, sed recte reiecit Bergkius ad *Arist. Fragm.* pag. 1096. sed quo lepidius aetatis illius mores et vitia carperet. In simillimis argumentis luserunt post triginta tyrannos ceteri omnes, quorum virorum Comoedia prisca fuit: quam si statuerimus cum Cratino natam et nonnisi paulisper repressam a Pericle usque ad expeditionem Siculam laetam effloruisse, laborantemque post tristissimam patriae calamitatem aegre aliquantisper sese recepisse, donec mox cum libertate Attica funditus perierit neque revixerit umquam, illud statuerimus, quod et per se sit veri simillimum et,

---

(1) Platonius de *Diff. Com.* pag. XXXIV. Ἀριςοφάνης — Αἰόλον τὸ δρᾶμα, τὸ γραφὲν τοῖς τραγῳδοῖς ὡς κακῶς ἔχον διασύρει. et pag. XXXV. ἡ δὲ μέση κωμῳδία ἐπὶ τὸ σκώπτειν ἱςορίας ῥηθείσας ποιηταῖς ἦλθεν, ἀνεύθυνον γὰρ τὸ τοιοῦτον, οἷον διασύρειν Ὅμηρον εἰπόντα τι ἢ τὸν δεῖνα τῆς τραγῳδίας ποιητήν. Τοιαῦτα δὲ δράματα καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ κωμῳδίᾳ ἔςιν εὑρεῖν, ἅπερ τελευταῖον ἐδιδάχθη λοιπὸν τῆς ὀλιγαρχίας κρατυνθείσης.

quantum in hac monumentorum penuria fieri potest, rationibus nitatur maxime idoneis.

Itaque teneamus hoc, inde ab Olympiade XCIV. *Mediae*, quam Grammaticis dicere placuit, *Comoediae* initium constituendum esse natumque e fabularum genere, quale olim antiqui Comici pro suo quisque ingenio ludentes finxerunt, destitutum chororum splendore atque adeo Parabasi, in quo quamvis *τὸ ὀνομαςὶ κωμῳδεῖν* prorsus esset intermissum, numquam tamen desierunt poëtae nonnullos, quos impune possent, nominatim salse reprehendere. Hinc factum est, ut personarum comicarum ratio prorsus sit immutata: *ἐν μὲν γὰρ τῇ παλαιᾷ εἴκαζον τὰ προσωπεῖα τοῖς κωμῳδουμένοις, ἵνα — ὁ κωμῳδούμενος ἐκ τῆς ὁμοιότητος τῆς ὄψεως κατάδηλος ᾖ (εἴη)*, Platonius pag. xxxv (1): unde apparet quam ineptum controversiae argumentum posuerit Hermogenes *περὶ ςάσεων*, cap. XI. in Walzii *Rhett. Graec.* T. III. pag. 60. Sed de hoc Comoediarum genere, quia Plato noster in eo ipso maxime excelluisse videtur, alibi erit dicendi locus.

---

(1) Cf. Poll. IV. 19. et quos laudat Eichstaedt. *de Dram. Com. Sat.* pag. 81.

CAPUT SECUNDUM.

Refelluntur, qui in Platone labentis graecitatis vestigia et furta ex aliis poëtis notarunt. Clementis Alexandrini locus de furtis Graecorum *exploratur. Inimicitiae, quas Plato et Aristophanes inter se exercuerunt.*

Constat certissima veterum auctoritate, Platonem fuisse inter principes Comoediae antiquae poëtas. Grammaticus eruditissimus in Montefalc. *Bibl. Coisl.* III. pag. 597. quem Ruhnkenius in *Hist. Crit. O. G.* pag. xcvi. speciose coniicit se composuisse ad auctoritatem Alexandrinorum: *Κωμῳδιοποιοὶ ἀρχαίας ζ', Ἐπίχαρμος, Κρατῖνος, Εὔπολις, Ἀριςοφάνης, Φερεκράτης, Πλάτων.* et sic multi Grammatici. Vel e fragmentis, quae non ita multa ad nos pervenerunt, peringeniosum fuisse apparet, audacem, facetum, venae felicis et Atticae elegantiae inveniendi dicendique. Nolim tamen hoc confirmare loco Suidae in voce *Πλάτων*, ubi enumeratis Platonis fabulis haec adduntur: *ἔςι δὲ λαμπρὸς τὸν χαρακτῆρα, ὥς φησιν Ἀθηναῖος ἐν τοῖς Δειπνοσοφιςαῖς, ὅτι καὶ Ἀνδροφόνος ἐςὶ δρᾶμα Πλάτωνος καὶ Συνεξαπατῶν καὶ Πανηγυριςαὶ καὶ ἄλλα πλεῖςα:* nam utraque animadversio inepte assuta est, illa ab aliquo, qui iudicium de Cratino v. *Κρατῖνος* huc imperite transtulit, haec ab eo, quem corrupti Athenaei

codices deceperant, ubi *Βάτων* olim in *Πλάτων* abierat, quod primus docuit Meinekius ad *Menand.* pag. 150 sq. Sed non Suidae laudibus opus est egregio Poëtae, quem olim a praeclarissimo quoque lubentissime lectitatum esse apparet, et criticorum iudicio inter Comoediae principes receptum maxima laude floruisse inter omnes, qui Atticam sentiendi scribendique urbanitatem amarent. Neque dubitari potest, quin olim ab eruditis Grammaticis, quemadmodum Eupolis et Cratinus et alii, commentariis fuerit illustratus. Cuius rei etiamnunc leve vestigium superest in Tzetzis Proleg. ad *Lycophr.* p. 256. *Κωμῳδοὶ πραττόμενοι Κρατῖνος, Πλάτων, Εὔπολις, Φερεκράτης, Ἀριστοφάνης καὶ ἕτεροι:* in quo quum haereret Meinekius in *Quaestt. Scen.* II. pag. 2., explicuit Geelius in *Bibl. Crit. Nov.* IV. p. 20, qui docuit *πράττειν* et *πράξεις* *de scholiorum conscriptione et interpretatione* esse accipiendum: unde luculenter illustrantur duo loci, quos Meinekius apposuit, Schol. ad *Dionys Thr.* p. 749. in *Anecd.* Bekkeri: *ἐπίσημος δὲ Κρατῖνος, ὁ καὶ πραττόμενος,* et Suidae v. *Ἀριστοφάνης· ἅπερ δὲ πεπράχαμεν Ἀριστοφάνους δράματα ταῦτα,* ubi homo impudens sibi tribuit, quae ex antiquis Commentariis sedulo excerpserat. Hanc interpretationem incertum casu an consulto praeteriit Lobeck. *Aglaoph.* p. 567., qui *lectio* et *legere* vertere maluit. Sed quia *πράξεις* sunt *Commentarii scripti*, sequitur, ut auctores, in quos scribebantur, dicerentur *πράττεσθαι.* Cf. Nonnus ad Greg. Nazianz. *Στηλιτ.* I. p. 153. *Ἡσιόδου πράττονται τρία ποιήματα,* ubi Hemsterhusius in margine annotavit: »*Schol. ad eandem orat.* pag. 61. *Πίνδαρος — γράφει νίκας, αἳ καὶ πράττονται.* *Schol. Nicand. ad Theriac.* vs. 11. *οὐδαμοῦ γὰρ εἶπεν*

τοῦτο Ἡσίοδος ἐν τοῖς πραττομένοις. *Sopater Prol. ad Arist.* pag. 1. vs. 6. ἡ πραττομένη τῶν ῥητόρων δεκάς."

Itaque e Tzetzis loco confici potest, non solum in Aristophanis, Cratini et Eupolidis fabulas, sed etiam in Platonis et Pherecratis commentarios olim fuisse scriptos, quod vel sine hoc Grammatici indicio fuisset verisimillimum in tanto studio, quo eruditissimus quisque criticorum veterum Comoediae antiquae monumenta amplectebantur. Cf. Casaub. ad Athen. p. 413.

At multo iniquius nostrae aetatis duo critici, qui in illustrandis Comicorum reliquiis operam posuerant, de Platonis ingenio et dictione statuerunt. A. Meinekius in *H. C. C.* pag. 164. sq. cl. *Fragm. P. C.* pag. 615. in oratione Platonis multa severe reprehendit: et longe etiam atrocior est Theod. Bergkii criminatio, qui in *Comment.* pag. 420. serio contendit, Platonem, quae ab aliis poëtis prius dicta essent, turpiter surripuisse et in suam rem convertisse. Agitur hic praeclari poëtae fama et videndum est an laboranti subveniri possit. Ac primum iniquum est in oratione Attica carpenda producere locos, quos ipse ultro corruperis, ex quo genere est ἐλεῖτον apud Athen. X. pag. 456. A.

δύο δ' αὐτὸν δαίμον' ἐλεῖτον.

et πρὸ χειρὸς ἔχειν ibid. XV. p. 665. B.

τῇ παιδὶ τοὺς αὐλοὺς ἐχρῆν ἤδη πρὸ χειρὸς εἶναι.

Nam in priore loco Codd. ap. Dind. ἔχειτον, ἔχητον aut ἔχετον habent, pro quo bene Dindorfius Iacobsii coniecturam ὀλεῖτον recepit: at Meinekius in *Fragm. P. C.* pag. 413. ἐλεῖτον maluit, scilicet quia apud Platonem *complura labentis graecitatis vestigia deprehenduntur*. Similiter in altero loco, quum libri omnes

haberent προχείρους, Meinekius ex Hermanni coniectura πρὸ χειρὸς reposuit, idque *Fragm. P. C.* pag. 639. excusat similitudine dictionis κατὰ χειρὸς ὕδωρ, quae nihil huc facit. Nolim autem quidquam in virum praeclarum inclementius scribere, sed non diffitebitur ipse propemodum absurdum esse suspicari istas dicendi sordes, quas nemo non de plebecula Attica acerbe explosisset, excidere potuisse poëtae, qui florentissimam dictionis Atticae aetatem viderit. Deinde carpuntur alia bene Attica, quale est ἔξπους apud Etymol. Magn. 346, 16. quod vocabulum habet formam propriam Atticorum, qui ἐξπηχυσί, ἔξκλινος, (quae ipse Meinekius, mutata, ut videtur, sententia attulit in *Fragm. P. C.* p. 691) ἐξμέδιμνος Arist. *Pac.* vs. 631., et eadem ratione formata πεντεσύριγγος, πεντέμηνος, ὀκτώπους et alia dicebant: cf. Lobeck. ad Phryn. p. 412. sqq. Sic κολλοπεύειν notatur ap. Stob. *Ecl. Phys.* II. p. 26. Heer.

Κεκολλόπευκας, τοιγαροῦν ῥήτωρ ἔσει.

pro *cinaedam esse:* credo, quod semel occurrit: ceterum Atticis exquisite κόλλοπες vocantur *cinaedi*, Eustath. ad *Odyss.* 1915, 17. (Κόλλοπα) καλοῦσι τὸν περιτρέχοντα καὶ ἑταιροῦντα, ὡς Εὔπολις (Th. Bergk. in Zimmerm. Diar. 1837. pag. 42. recte Εὔβουλος) ἐν τῷ·

— Τοῦτον καταλεκτέ' ἐστὶν εἰς τοὺς κόλλοπας Τοὺς ἀνδρομάδας,

sed vide copias Ruhnkenii ad *Tim.* pag. 161. Hinc more comicis admodum familiari κολλοπεύειν fictum est: cuius moris quum plurima exempla reperiantur, simillimo uno absolvam Philippidis, qui e vocabulo comico ψωμοκόλαξ lepide formavit verbum ψωμοκολακεύειν, apud Athen. VI. pag. 262. A.

Ψωμοκολακεύων καὶ παρεισιὼν ἀεί.

In paucis aliis, ut in ἐφανός et αἰκῶς, vir doctissimus sententiam retractavit in *Fragm.* pag. 696 et 694. Iam paucissima supersunt: non negligendum tamen est, quod Pollux scripsit VI. 142. Τὸ δὲ ἐν τῇ Νυκτὶ Μακρᾷ Πλάτωνος αὐτοσχεδίασμα φαῦλον, quod Meinekius amplectitur. Sed ferenda non est Pollucis, ieiuni hominis ac nullius ingenii, arrogantia, qui saepe vocabula fastidiose sine causa spernit, aliis non intellectis ineptas significationes de suo addit: quod ne parum modeste aut temere dixisse videar, luculento exemplo confirmabo: IX. 74. 75. haec scribit: ἀλλὰ μέντοι καὶ κόρη νόμισμα παρ' Ἀθηναίοις ἦν, ὡς Ὑπερίδης, τῷ παιδίῳ τῆς ἐν Βραυρῶνι ἱερείας τῶν ἀναθημάτων τι λαβόντι, παραβληθῆναι λέγων ἐπὶ πείρᾳ συνέσεως κόρην. εἴποις δ' ἂν καὶ τετράδραχμον, κἀπειδὴ τὸ τετράδραχμον εἵλετο δόξαι διακρίνειν ἤδη τὸ κέρδος δύνασθαι. Ne ineptiat Hyperides, dele εἴποις δ' ἄν, quod in Iungermanni optimo cod. deest, et continua sententiam: ut ne Pollux ineptiat, nullis rationibus efficies, qui quum nesciret, quid Atticis κόρη significaret (de quo vid. Ruhnk. ad *Tim.* p. 165.) nimis stolidum experimentum intelligentiae in puero commentus est.

Sed redeo ad Platonis dictionem. Offendit praeterea Meinekius in ἀργύριον ap. *Antiatt.* Bekkeri 79, 20. sed ibi ἀργύρια apud Platonem legi dicitur, quod probum est. Supersunt μανάκις pro *sexcenties* apud Zonaram, et ὄμφαξ et φάλαγξ feminino genere posita; quae si quam maxime abhorrerent a consuetudine Atticorum, quod nondum liquet, non sufficerent ad evincendum, quod asseverat Meinekius in *Fragm. P. C.* pag. 413. apud Platonem *complura labentis graecitatis vestigia deprehendi.*

Nam quomodo, quaeso, Atticae dictionis elegantia et nitor, quo tempore maxime floruit, labi et corrumpi potuit in his ipsis poëtis, quibus studio erat pulcherrimum sermonem Atticum ab omni labe incorruptum servare, quique vel paulo rusticius aut negligentius loquentes iocose irridebant, plaudente populo, qui florente rep. recte et suaviter loquendo Graecos omnes superabat, eaque laude sibi egregie placebat? Platonem non minus, quam ceteros poëtas id sibi studio habuisse vel ex paucis, quae habemus, fragmentis luculenter conficitur. Cleophontis matrem barbare cum filio loquentem in scenam induxit, Schol. ad *Ran.* 690. Exprobravit Hyperbolo, quod minus Attice diceret, ap. Herodian. περὶ μονήρ. λέξ. pag. 20.

Ὁ δ' οὐ γὰρ ἠττίκιζεν, ὦ Μοῖραι φίλαι!

credo, ut alterum Thracem, alterum Lydum esse argueret. Idem inquilinos induxit in *Μετοίκοις* soloece dicentes, ut confici potest ex Apollon. περὶ Ἀντων. pag. 348.

Itaque etiamsi aliquid in Grammaticorum scriptis reperiatur, quod non bene Attice dictum esse constet, nondum id arripiendum censeo, ut ipsum poëtam lapsum esse ostendamus. Potuit e barbari persona dicere, quod ipse Meinekius fatetur in vocibus ἀρμός, πρόσωπος (ut notissimum παιδίος) γάλα pro γάλακτος, ἐμαυτός et sim.; potuit iocose in verbo ludere, denique omnia potuit facilius, quam imprudens in fabula, populo scilicet audiente, patrii sermonis sinceritatem corrumpere. Cf. Cic. in *Orat.* c. 8.

Nec multum aliter sentiendum est de vitiis, quae in numeris et modis a Meinekio ibid. commisisse arguitur.

Nam quod in *ἀράχνιον* antepenultimam produxisse videtur in fragm. apud Suid. v. *Φάλαγξ* et alibi, reputandum est nonnisi coniectura sic numeros esse restitutos:

Εἴξασιν ἡμῖν οἱ νόμοι τούτοισι τοῖσι λεπτοῖς
Ἀραχνίοις, ἃν τοῖσι τοίχοις ἡ φάλαγξ ὑφαίνει,

et si sic positum ab ipso poëta est, excusatur ipsius Cratini auctoritate, cuius apud Suidam v. *Ἀράχνη* hic senarius est:

Ἀραχνίων μεστὴν ἔχεις τὴν γαστέρα.

ubi Meinekius in *Fragm. P. C.* p. 129. *Ἆρ'* de suo addidit, paulo iniquius monens, *quod Platoni licuit, non licere etiam Cratino.* Sed vereor, ut sic satis sententiae consuluerit: nam si poëta vinosus his verbis *lagenam suam dilectissimam, sed pro dolor! vino vacuam* compellat, quae felix est Meinekii coniectura, non potuit dicere: num *plena aranearum es?* quemadmodum ineptus est versiculus, qui Platoni affingitur:

Ἆρ', ὡς ἔοικε, δὶς γένοιτ' ἂν παῖς γέρων;

Meinek. *Frag.* pag. 686. Num *senex repuerascere possit?* Quamquam non diffiteor mihi quoque hanc negligentiam in comico poëta vix ferendam videri, atque adeo non minus in Platone quam in Cratino quaerendum esse, quo huic malo medeamur. Tum *πίεται* prima brevi reprehenditur in versu ap. Athen. pag. 456. A.

Οὐδ' ὅστις αὐτῆς ἐκπίεται τὰ χρήματα,

et iterum

καὶ πίεσθ' ὕδωρ πολύ.

Sed nondum satis constat aut non ancipitem fuisse vocalem, aut integros esse locos, ubi corripi videtur.

Nam eodem modo Amipsias, cuius locum protulit Bergkius *Comment.* pag. 382.

Σὺ δ' ᾆδε πρός· τήνδ' ἐκπίομαι δ' ἐγὼ τέως.

Sed suspectus est locus vel ob istud *πρός*, quod neque adverbialiter dictum, ut voluit Meinekius *Fragm. Com.* pag. 710., neque quacunque ratione explicari potest. Tum istud *δ'* nimis importune interpositum est: quare forte verba sic transponenda sunt:

Σὺ δ' ᾆδε, τήνδ' ἐγὼ τέως ἐκπίομαι,

nam locum, qui in sola Epitome Athen. exstat XI. p. 783 E., negligentissime habitum esse nemo mirabitur. Sic etiam Platonis versiculos aut corruptos arbitror, aut male ab Athenaeo in suos pedes divisos: nam fieri potest, ut primus sic fuerit disponendus — *οὐδ' ὅςτις αὐτῆς 'Εκπίεται τὰ χρήματα* — alter autem sic: — *καὶ πίεσθ' ὕδωρ Πολύ* — quemadmodum iterum lapsus est Athenaeus ibid. in versu Aristophanis, quem attulit, ut produci vocalem ostenderet:

Πικρότατον οἶνον τήμερον πίει τάχα.

ubi, quae sit mensura syllabae, sciri non potest (1). Denique notatur antepenultima correpta in *ὠρχίονται* apud Athen. XIV. p. 628. D.

---

(1) Graviter fallitur Bergkius l. l. quum praesens *πίομαι* comminiscitur, quod Graecis semper fuit inauditum. Nam ipsi loci, quos produxit, Homeri et Theognidis soli sufficerent ad ostendendum *πίομαι* habere futuri significationem. Hom. Il. XIII. 492.

Λαοὶ ἕπονθ', ὡσεί τε μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα
Πιόμεν' ἐκ βοτάνης,

nisi quis oves simul bibentes credat arietem secutas. In secundo Theognidis loco, nunc recte editur:

'Εμπίομαι, πενίης θυμοφθόρου οὐ μελεδαίνων.

Ἀλλ' ὥσπερ ἀπόπληκτον στάθην ἑστῶτες ὀρύονται.

Sed in hac voce eadem ratio obtinet, quae in φύεται et φύονται, et sim. de qua alias uberius disputabo. Meinekius non nisi tria exempla attulit: etiamsi multo plura potuissent afferri, certum est non in Poëtam, sed in librarios culpam fore conferendam. Namque uti absurdum est suspicari Aristophanis aequales soloece scribere potuisse, sic etiam numerorum soloecismi, ut ita dicam, in hanc aetatem non cadunt. *Quotus-quisque est*, ut ait Cicero *de Orat.* III. 50. *qui teneat artem numerorum ac modorum? At in his, si paulum modo offensum est, ut aut contractione brevius fieret aut productione longius, theatra tota reclamant.* Id si fecere Romani, qui Plauti et aliorum *numeros innumeros* nimium patienter ferre didicerant, quid Atticos fecisse censeamus?

Sed properat animus ad diluendam impudentis furti criminationem, quam a veteri Grammatico verbo commemoratam attigerunt alii, sed atrocissime omnium Bergkius in Platonem coniecit in *Commentt.* pag. 420 sq. et in *Fragm. Arist.* pag. 1014.

Accusatio nititur his argumentis: dixerat Amipsias ἐν Κόννῳ Athen. VII. 327. D.

Ὀρφοῖσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βορά.

hinc Plato Κλεοφῶντι Athen. VII. p. 315. C., quam octodecim fere annis post docuit:

σὲ γὰρ γραῦ συγκατῴκισεν σαπρὰν
Ὀρφοῖσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βοράν (1).

---

(1) Dubitat Fritzsch. *Quaest. Arist.* pag. 255. utrum Plato versiculum Amipsiae imitatus sit ut lepidissimum, an ut frigidum irriserit imitando. Rectius idem illud statuit, mirum esse, si Plato ieiunum poëtam voluerit aemulari.

Tum Hermippus Θεοῖς apud Phot. voc. *Στίλβη.*

ἐξ ἀγορᾶς δ' ἐγὼ
Ὠνήσομαι λύχνον τιν' ἢ ςίλβην τινά.

quod Plato sic furatus est, apud Poll. VI. 103.

Φείδεσθε τοὐλαίου σφόδρ', ἐξ ἀγορᾶς δ' ἐγὼ
Ὠνήσομαι ςίλβην τιν', ἥτις μὴ πότις.

unde serio conficit Bergkius, Platonem *quae ab aliis poëtis scite et eleganter dicta et inventa esse animadvertisset, ea in suum usum convertisse.* Sed nemo facile turpissimi furti suspicione carebit, si huiuscemodi locis accusator potest defungi. Sufficiet, ut hoc utar, omnium principem Aristophanem cum Pherecratis fragmentis componere, et alteruter tenebitur furti manifestus. Pherecrates apud Athen. VI. 269. B.

Ἡβυλλιῶσαι καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμέναι.

Aristophanes *Ran.* 515.

Ἡβυλλιῶσαι κἄρτι παρατετιλμέναι.

Pherecrates apud Eustath. ad Od. 1369, 43.

Ὁ χορὸς δ' αὐτοῖς εἶχεν δάπιδας ῥυπαρὰς καὶ ςρωματόδεσμα.

Aristophanes ἐν Δαναΐσιν Athen. II. 57. A.

Ὁ χορὸς δ' ὠρχεῖτ' ἂν ἐναψάμενος δάπιδας καὶ ςρωματόδεσμα.

Pherecrates ap. Schol. Arist. *Pac.* 750.

Ὅςις γ' αὐτοῖς παρέδωκα τέχνην μεγάλην ἐξοικοδομήσας.

Aristophanes in *Pac.* l. l.

Ἐποίησε τέχνην μεγάλην ὑμῖν κἀπύργωσ' οἰκοδομήσας.

Sed quis monendus est, quo pacto uterque plagii possit absolvi? Nisi quis malit credere nobili Attico poëtae usque adeo exaruisse venam, ut voculas et dictiones clam alii sublegeret. Ipsi comici, in quorum contentionibus plagii crimen fervebat, multo melius

ostendunt, quae furta in hanc aetatem cadere possint. Vidimus supra p. 15. Lysippum aemulo poëtae obiicientem, quod ingeniosa aliorum inventa ornaverit et perpoliverit: Cratinus exprobravit Aristophani, quod venditasset pro suis, quae scripsisset Eupolis: Schol. ad Arist. *Equitt.* 528. ὁ Κρατῖνος — κακῶς λέγει τὸν Ἀριστοφάνην, ὡς τὰ Εὐπόλιδος λέγοντα. Ipsum Eupolidem eo redegit invidia, ut non erubuerit scribere in *Baptarum* Parabasi,

κἀκείνους τοὺς Ἱππέας
Συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην.

(vid. scholia ad Nub. 540 et 552 emendata ab Hermanno), quia scilicet scripta particula Parabaseos poëtam, quo tunc amico utebatur, adiuverat; de qua re vide accurate disputantem Fritzschium in *Quaestt. Arist.* pag. 228. sqq. et Meinekium *Fragm. Com.* pag. 577. sqq. Hermippus Phrynichum irrisit, qui aliena carmina pro suis docuerat. Schol. ad Arist. *Aves* vs. 750. Φρύνιχος, ὁ Κωμικὸς, οὗ μέμνηται Ἕρμιππος ἐν Φορμοφόροις, ὡς ἀλλότρια ὑποβαλλομένου ποιήματα· et de eodem ad *Ranas* vs. 13. Κωμῳδεῖται — ἐπὶ φαυλότητι ποιημάτων καὶ ὡς ἀλλότρια λέγων καὶ ὡς κακόμετρα.

Sed omnium acerrime Aristophanes in aequales poëtas istud opprobrium coniecit, et quae argumenta ipse cum ingenti omnium plausu primus protulisset, ea reliquos certatim et ad satietatem esse imitatos, acerbe scripsit in iis versibus, quos addidit *Nubibus*, quum perpolitas edidit in lucem, vs. 553. sqq.

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν
Ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς.
Προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην, τοῦ κόρδακος οὕνεχ', ἣν
Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν.

Εἶτ' αὖθις Ἕρμιππος ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον·
Ἄλλοι τ' ἤδη πάντες ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον,
Τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων τῶν ἐμῶν μιμούμενοι.

quae asperius scripsit memor acceptae iniuriae, quum comoedia, quam unam omnium pulcherrimam fecisse se pronuntiat, frigidis adversariorum iocis esset posthabita:

(ἡγούμενος) ταύτην σοφώτατ' ἔχειν τῶν ἐμῶν κωμῳδιῶν,
— — ἥ παρέσχε μοι
Ἔργον πλεῖστον, εἶτ' ἀνεχώρουν ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν
Ἡττηθεὶς οὐκ ἄξιος ὤν.

ibid. vs. 522. sqq. Similiter in Parabasi *Anagyri* in Bekkeri *Anecd. Gr.* I. p. 425, 30.

Ἐκ δὲ τῆς ἐμῆς χλανίδος τρεῖς ἀπληγίδας ποιῶν,

lepida metaphora notat aemulum poëtam, qui ex una comoedia sua tres fabulas conglutinasset, ubi Bergkius speciose suspicatur Eupolidem perstringi, immemor amici Fritzschii, qui idem dudum coniecerat in *Quaestt. Arist.* pag. 144.

Possent his plura adiici, sed haec iam sufficiunt ad ostendendum quale plagiorum genus ingeniosi poëtae sibi non absurde potuerint exprobrare, quamquam ne istas quidem criminationes nimis esse urgendas, sed plerasque ex obtrectatione aut acerba cavillatione profectas esse, non est quod acutos homines multis moneamus. Fieri potuit, ut lepidum aliquod et audax inventum arriperetur ab aliis, qui idem in alio argumento novis facetiis ornarent (1), quemadmodum inventus

(1) Sic etiam Tragici nonnumquam aliena imitabantur: cuius rei luculentum exemplum in argumento satis illepido vide apud Athen. X. pag. 454. B–F.

est ab Aristophane Δῆμος Πυκνίτης, δύσκολον γερόντιον, quem deinde produxerunt item alii, quod de Eupolide verisimillimum est, et certum de Platone, cuius locum supra pag. 31. attulimus. Sed dictiones et versiculos et tritas sententias ab aliis suffurari, id vero antiquis Atticorum poëtis adeo indignum est, ut nemo eorum huiusmodi sterilitatem ingenii in iis, quos oderat et spernebat, vel suspicari potuerit. Nonnisi in recentioris aetatis Comicos cadit ista suspicio, qui vel subfrigidas aliorum facetias in sua carmina impudenter transferebant, cuius rei multa et luculenta exempla Athenaeus sedulo indicavit I. 25. F. III. 84. VI. 262. D. quamquam ne istorum quidem quemcunque, quos constat esse fures, satis recte plagii arguas, quia ἐξ ἀγορᾶς δ' ἐγὼ Ὠνήσομαι σίλβην τινά ac similia dixerit, atque id iam ab alio quopiam dictum esse deprehenderis. Sensit id ipse Bergkius, quare rem his argumentis dubiam Clementis Alexandrini gravissima auctoritate confirmat, quippe qui disertis verbis in *Strom.* VI. p. 752. Pott. scripserit haec: Πλάτων δὲ ὁ κωμικὸς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Δαιδάλῳ τὰ ἀλλήλων ὑφαιροῦνται. Accedit, quod Platonis e *Daedalo* fragmentum, quod legitur apud Scholiast. ad Arist. *Nubes* vs. 659: ἐν τῷ Πλάτωνος Δαιδάλῳ. Ἐνίοτε πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων καὶ Ὑπήνεμα τίκτουσιν ᾠὰ πολλάκις, idem iisdem verbis lectum fuerit in *Daedalo* Aristophanis, apud Athen. IX. pag. 374. E. Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Δαιδάλῳ· Πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων βίᾳ Ὑπηνέμια τίκτουσιν ᾠὰ πολλάκις. quem sequuntur Photius et Suidas. Itaque *hoc ipsum Clemens*, iudice Bergkio, *illo loco indicavit*, quapropter omnes, quos quidem noverim, hanc rem sine controversia diremtam esse faciles credidisse videntur.

Sed nimium diu celebratus ille locus *de Furtis* Clementis Alexandrini, cuius gravissima auctoritas in dubium vocari posse non videbatur, homines doctos ludificatus est, qui nonnumquam, quum caecum ducem securi sequerentur, in ioculares errores inciderunt: quare operae pretium me facturum existimo, si quam fieri potest brevissime ostendero, quo loco ac pretio habendus sit notus iste excursus de Graecorum furtis, qui exstat in Clementis *Strom.* Lib. VI. 737—752.

Nititur Clemens evincere, quod isti aetati condonandum est, *Graecos scriptores etiam vetustissimos, si quid habeant prae ceteris eximium, id illos omne derivasse de libris nostris Sacris Foederis Antiqui:* verba sunt Valckenaerii *de Aristob. Iud.* pag. 11.: quae opinio quo fiat magis probabilis, sic argumentatur pag. 737. *Φέρε μάρτυρας τῆς κλοπῆς αὐτοὺς καθ' ἑαυτῶν παραστήσωμεν τοὺς Ἕλληνας· οἱ γὰρ τὰ οἰκεῖα οὕτως ἄντικρυς παρ' ἀλλήλων ὑφαιρούμενοι βεβαιοῦσι μὲν τὸ κλέπται εἶναι, σφετερίζεσθαι δὲ — τὴν παρ' ἡμῶν ἀλήθειαν — λάθρα διαδείκνυνται. Εἰ γὰρ μηδὲ ἑαυτῶν, σχολῇ γ' ἂν τῶν ἡμετέρων ἀφέξονται.* Credas vim exemplorum viro docto esse ad manum, quibus atrocem criminationem luculenter confirmet: sed, quamquam scriptorum locos quam plurimos inter se contulit, furti exemplum nonnisi unicum produxit, Philisti e Thucydide pag. 740., quem quidem nemo ignorabat sedulo Thucydidea imitando expressisse. Cetera omnia eiusmodi sunt, ut ab iis modo pro plagiis serio possint haberi, qui quum ipsi sterilitate ingenii ubivis ex aliorum imitatione pendeant, neminem suum esse patiantur.

Quid, tritissimas olim sententias, quales sunt: *trahit sua quemque voluptas* (pag. 739.) *pauperi non*

esse amicos (pag. 740.), *ex robustis parentibus nasci prolem robustam* (pag. 741.), *fortunam esse instabilem* (pag. 744. sq.), *multas esse in vita humana aerumnas* (pag. 744.) *omnibus esse moriendum* (pag. 749. et iterum 750) quas cum hominum genere natas recte dixeris, easne igitur Archilochus, Bacchylides, Theognis, Euripides, aut Plato, Demosthenes horumque similes *furati sunt*, quia iam olim fuerat ab aliis dictum, atque adeo nil nisi verborum gravitatem et elegantiam de suo addiderunt? Scripsit Thucydides (III. 39.) *Εἰώθασι δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οἷς* (in Thucyd. legitur: *εἴωθε δὲ τῶν πόλεων, αἷς*) *ἂν μάλιστα καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραγία ἔλθῃ, εἰς ὕβριν τρέπεσθαι.* Sed nemo nisi ab isto admonitus pag. 740. fuisset umquam suspicatus, Thucydidem illam sententiam Theognidi clam sublegisse, qui multo ante dixerat:

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται.

Sunt etiam alia multo magis inepta, quale hoc est, pag. 747. *Ἡρόδοτος λέγει· Μητρὸς καὶ πατρὸς οὐκ ἔτ' ὄντων ἀδελφὸν ἄλλον οὐχ ἕξω.* Undenam Herodotum hoc didicisse putes? Nempe ex Sophocle furatus est, qui in *Antigone* dixit:

Μητρὸς δ' ἐν ᾅδου καὶ πατρὸς τετευχότων
Οὐκ ἔς' ἀδελφὸς, ὅςις ἀναβλάςοι ποτέ (1).

Quis risum ad haec contineat? Plurima eiusdem notae melius legentur apud ipsum. Sed nondum intra hos fines substitit, nam etiam proverbia ab antiquio-

(1) Locus apud Herodotum III. 119. sic legitur: *Πατρὸς δὲ καὶ μητρὸς οὐκ ἔτι μευ ζωόντων, ἀδελφεὸς ἂν ἄλλος οὐδενὶ τρόπῳ γένοιτο.* Apud Soph. in *Antig.* vs. 911. rectius editum est *κεκευθότοιν* et *ἂν βλάςοι*.

ribus desumta in suam rem convertisse affirmat poëtas recentiores, vid. pag. 748., aut, quod aliquanto gravius est, aequales ab aequalibus (*ἐκ τῶν συνακμασάντων καὶ ἀνταγωνισαμένων σφίσι*, pag. 741.)!

Tum imitationes Homericas et Hesiodeas passim pro turpi plagio videas notari, p. 738, 741, 742, 744, 749. alibi: quas inter tales miraberis pag. 742. *Τὸ Ὁμηρικὸν παραφράζων Εὐριπίδης·*

Τίς, πόθεν εἷς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

τοιάδε χρῆται τοῖς ἰαμβείοις ἐν τῷ Αἰγεῖ·

Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα
Πόλει ξενοῦσθαι; γῆ δὲ τίς πάτρας θ' ὅρος;
Τίς ἔσθ' ὁ φύσας; τοῦ κεκήρυξαι πατρός;

quae sufficit apposuisse. Sed non possum quin istis opponam eximium sapientis Longini dictum *περὶ Ὕψ.* cap. XIII., indicatum a Valck. de *A. I.* p. 11. *Ὁδὸς ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ — ἡ τῶν ἔμπροσθεν μεγάλων συγγραφέων καὶ ποιητῶν μίμησίς τε καὶ ζήλωσις. — Ἔςι δ' οὐ κλοπὴ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ὡς ἀπὸ καλῶν ἠθῶν ἢ πλασμάτων ἢ δημιουργημάτων ἀποτύπωσις.*

Sed, ne solum poëtae hoc malo laborasse viderentur, sedulo admonuit pag. 740. idem vitium esse Graecorum philosophis, historicis et oratoribus. Epicuri placitum *Πλουσιώτατον αὐτάρκεια πάντων* ex Euripidis versiculo:

Ἐπεὶ τάγ' ἀρκοῦνθ' ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν.

haustum esse docemur pag. 751. et item alterum: *Δικαιοσύνης καρπὸς μέγιςος ἀταραξία* ab Aristophane est, qui sic philosopho praeiverat:

Βέβαιον ἕξεις τὸν βίον δίκαιος ὤν,
Χωρίς τε θορύβου καὶ φόβου ζήσεις καλῶς.

Andocidem, Lysiam et Aeschinem idem omnes prooemium ex Cratini versiculo furatos esse:

Τὴν μὲν παρασκευὴν ἴσως γιγνώσκετε,

intelligitur pag. 748. Sed satis est, et taedet plura adducere, quae non magis viris summis, quibus temere obiiciuntur, sunt contumeliosa, quam isti, qui sine iudicio absurdas istas calumnias congessit, et exhaustis cum pulvisculo omnibus non erubuit adscribere: *ταυτὶ μὲν οὖν ταύτῃ, ἐπιλείψει γάρ με ὁ βίος, εἰ καθ' ἕκαςον ἐπεξιέναι αἱροίμην τὴν Ἑλληνικὴν ἐλέγχων φίλαυτον κλοπήν.*

Suspicor fore, qui crimen illud *ἀκρισίας*, quo Patrum eruditissimus premitur, ut novum et ante hunc diem inauditum mirabuntur. Sed iam diu de eadem re viros doctos admonere potuerat Ruhnkenius, qui in *Hist. Crit. Orat. Graec.* pag. LII. suspicionem quamdam obiter verbo indicavit, cuius tamen nemo dum, quod sciam, in hac quaestione meminisse videtur. »*Vetustissimus Grammaticus*, ait, *libro* de scriptorum furtis, *quem Clemens Alexandrinus*, nihil similem furti actionem veritus, *compilavit.*" Itaque credebat vir summus, quem istae ineptiae fallere non poterant, non Clementis esse hunc excursum, sed alicuius Grammatici, qui maiore diligentia quam iudicio ista omnia in unum comportasset. Ac fuere olim, qui in conquirendis huiusmodi locis collocarent otium et libros *περὶ κλοπῆς* ederent: quales multi enumerantur a Porphyrio apud Eusebium *P. E.* X. cap. 2: quorum acutissimus Aretadas quidam *περὶ συνεμπτώσεως* librum inscripsit, pulchre intelligens, quod ne Porphyrium quidem l. l. satis perspexisse apparet, quam inique plera-

raque istiusmodi pro plagiis habeantur. Scilicet nihil est facilius, si istis argumentis defungi conceditur, quam in quovis de praestantissimis scriptoribus antiquioris cuiusdam imitationem, magno ingenio indignam, sibi deprehendere videri et opinari, ut hoc utar, ex oratione Thucydidea pendere Demosthenem, ex Platonica et Demosthenem et ceteros omnes. Perpendamus omnes, quibus magnorum ingeniorum monumenta suo pretio aestimare studium est, quae scripsit Bakius in *Bibl. Crit. Nov.* V. pag. 174. sqq. quibuscum bene conveniet iudicium Schaeferi ad Demosth. pag. 182. 4. »*Talia imitabantur umbratici homines, temporum citeriorum cadentisque graecitatis, servum pecus imitatorum, non veteres illi heroes rerum hominumque usu exercitati: ut qui in huiusmodi locis agnoscunt vestigia imitationis, dum ostentant doctrinam* (si est ista doctrina, quae iudicio careat) *magnam capitalibus ingeniis facere iniuriam videantur.* Sed redeo ad Clementem.

Vere iudicavit Ruhnkenius locum istum, de quo agimus, non esse ab ipso Clemente profectum sed excerptum ex alio scriptore, quem ille sequeretur. Sed nemo probabiliter suspicari potuit, e quo potissimum auctore Clemens ista omnia ad verbum descripserit, priusquam palmaria prodiit Valckenaerii Diatribe *de Aristobulo Iudaeo*, in qua extra controversiam esse docuit, Iudaeum istum Aristobulum, quum Commentarios ad Leges Moysis scriberet, summa ope ostendere enisum esse, Graecorum philosophos et poëtas, quidquid haberent eximium, e libris sacris Moysis, olim Graece versis, esse *furatos*: eundem, quo clarius res appareret, multos versus a semet ipso fictos pro genuinis

Homeri, Hesiodi, Lini, Musaei, imprimis Orphei, tum Callimachi et aliorum carminibus impudenter supposuisse: atque ex iis Commentariis quum alios Patres, tum imprimis Clementem Alexandrinum plurimos locos bona fide ad verbum descripsisse. Stupentes magnum perlustramus locorum numerum, quos Clementem *αὐτολεξεί* ex Aristobuli non nominati libris compilasse deprehendit Valckenaerius l. l. pag. 9. sq. 11. sqq. 66. sqq. 71, 72, 89. alibi. Quam Patris eruditissimi fraudem, utcunque fieri potest, verbis mitigare conatur Valckenaerius pag. 72. cuius in hac re modestiam omnes arbitror imitari decere. Sed mirari subit, qua fronte Clemens, quod ipsum tunc maxime committebat, acerbe summis Graecorum ingeniis non dubitet exprobrare.

Valckenaerius eos tantum locos attigit, quos aliunde compertum erat auctorem Aristobulum habere. Ceterum quis ad hanc lucem Clementinum locum exigens poterit dubitare, quin haec omnia ex Aristobulo, qui cupide et fraudulenter hoc argumentum elaboraverat, sedulo sint excerpta: quam suspicionem locum diligentius exploranti multa confirmabunt.

Nam Aristobulus antiquum obtinet et multis versibus Orphei, Musaei et Empedoclis a semet ipso suppositis confidenter utitur, ut Homerum et alios furti insimulet. Vide pag. 738. ubi eximius locus Iliadis *Z.* 147. sqq. e languidis Musaei versibus conflatus arguitur, et 752. Orphica eiusdem generis pag. 751. Empedoclea pag. 746, ubi fraus non latuit Karstenium in *Empedoclis Reliq.* pag. 189. Neque magnopere mirandum est, si eiusmodi scriptor, dum omnia cupide undique corraderet, foedos aliquot commiserit erro-

res: quemadmodum turpiter labitur pag. 749. ubi responsum Pythiae ad Glaucum (Herod. VI. 86.) *τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ καὶ τὸ ποιῆσαι ἴσον δύνασθαι* (corrupte in Clem. editur *τό τε ῥησθῆναι* et *γενέσθαι*) et Aristophanis dictum: *Δύναται γὰρ ἴσον τῷ δρᾷν τὸ νοεῖν* absurde derivantur e versiculo Parmenidis: *τὸ γὰρ αὐτὸ νοεῖν ἐςίν τε καὶ εἶναι.* Mitto alia: sed quid si acerrimum plagiorum indagatorem Aristobulum ipsum impudentis plagii convincamus et probemus stulte ea furatum esse, quae ad suam rem minime facerent? Componat mihi aliquis hunc Aristobuli locum p. 748. *πρὸς τούτοις Θεοπόμπου ποιήσαντος·*

Δὶς παῖδες οἱ γέροντες ὀρθῷ τῷ λόγῳ.

καὶ πρό γε τούτου Σοφοκλέους ἐν τῷ Πηλεῖ·

Πηλέα τὸν Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνη
Γεροντἀγωγῶ κἀναπαιδεύω πάλιν,
Πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.

Ἀντιφῶν ὁ ῥήτωρ λέγει· Γηροτροφία γὰρ προσέοικε παιδοτροφίᾳ, ἀλλὰ καὶ ὁ φιλόσοφος Πλάτων, Ἆρ' ὡς ἔοικεν, ὁ γέρων δὶς παῖς γένοιτ' ἄν. cum docta annotatione antiqui critici ad Aristophanis *Nub.* 1407. (1419.)

Ἐγὼ δέ γ' ἀντείποιμ' ἄν, ὡς δὶς παῖδες οἱ γέροντες.

Παῖδές τε γὰρ τὴν ἀρχὴν ἦσαν ἄφρονες, καὶ νῦν — παῖδές εἰσι τῷ νῷ πάλιν ληροῦντες. καὶ Σοφοκλῆς Πηλεῖ·

Πηλέα τὸν Αἰάκειον οὐκουρὸς μόνη κ. τ. λ.

καὶ Θεόπομπος·

Δὶς παῖδες οἱ γέροντες ὀρθῷ τῷ λόγῳ.

καὶ Πλάτων·

Ἆρ', ὡς ἔοικε, δὶς γένοιτ' ἂν παῖς γέρων

καὶ Ἀντιφῶν· Γηροτροφία γὰρ προσέοικε παιδοτροφίᾳ.

Apparet alterutrum alterius copias compilasse: neque arduum est, opinor, dignoscere furem. Nam doctus Aristophanis interpres, quem antiquum fuisse Grammaticum Alexandrinum ex hoc loco facile agnoscitur, collato cum annotat. ad *Equites*, vs. 1107. (1096.)

ἐπιτρέπω σοι τουτονί
Γεροντανωγεῖν κἀναπαιδεύειν πάλιν

ubi adscripsit: *ὅλον τὸ ἰαμβικὸν παρῴδησεν ἀπὸ τοῦ Πηλέως Σοφοκλέους, ὃ δὴ καὶ ἐν Νεφέλαις παρέθημεν* (imo *παρέθεμεν*); hunc igitur apposite ad Poëtae locum videmus proverbii illius varia exempla ex aliis scriptoribus adducentem. At Aristobulus iisdem exemplis stulte abutitur, ut Antiphontem et Platonem istam proverbialem sententiam ex Sophocle et Theopompo *furatos esse* ostendat. Nugae! Tum etiam id ipsum homo fatuus tam insulse proposuit, ut quid sibi velit, propemodum coniectura sit indagandum. Meinekium certe olim in fraudem induxit in *Quaestt. Scen.* II. pag. 69. qui ex isto loco confecerat ante mortem Antiphontis Theopompum scripsisse fabulas; sed recte in repetita editione id totum delevit. Tum indocte Aristobulus nomini *Πλάτων* praemisit *ὁ φιλόσοφος*, quod inconsiderate arripuit Toupius, *Emend. in Suid.* III. pag. 54. *Platonis, si diis placet, versiculus non* comici, *sed* philosophi *est, quod me docuit Clemens Alex. lib. VI.* Nam in Platone nihil reperitur quo iste locus referri possit (vid. Meinek. in *Fragm. Com.* pag. 686.), et oratio ligata aurem exercitatam fallere non potest. Sed simul nemo admonitus facile negaverit, sententiam, quae Comico tribuitur, esse absurdam. Quid, quaeso, est: »Num *repuerascunt senes*", tum

istud ὡς ἔοικε non potuit importunius quam in huiusmodi interrogatione interponi. Meinekius nil mali suspicatur pag. 686. quem fugisse miror locum Stobaei *Serm.* XVIII. 30. (T. I. pag. 366. Gaisf.) *Τοῦ αὐτοῦ* (Platonis Philosophi). *Οὐ μόνον, ὡς ἔοικεν, ὁ γέρων δὶς παῖς γένοιτ' ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθείς*, quem itidem frustra in Platonicis Dialogis quaesiveris. Itaque reddatur cognomini poëtae, sic restitutus:

Οὐ μόνον γάρ, ὡς ἔοικε, δὶς γένοιτ' ἂν παῖς γέρων
'Αλλὰ (δήπου) χὠ μεθυσθείς.

quo facto dispelluntur tenebrae, quae iam olim haec verba obscurasse videntur. Iam enim in Grammaticorum commentariis, quos compilasse Iudaeum nunc satis apparet, non integrum exstitisse, Aristobulus ipse documento est, qui corruptum bona fide descripsit: neque aliter Stobaeus, qui paulo integriorem sed aliis modis turbatum in suis codicibus invenerat.

Itaque simul fraudulentum Iudaeum furti manifestum tenemus et compertum est ex quibus fontibus Graecorum locos congesserit: nempe ex commentariis, quos eruditi Alexandrini praesertim in poëtas Epicos, Tragicos, Comicos conscripserant. Compertum simul est, quam temere locos similes, quos illi docte attulerant, ut comparatio afferret lucem, omnes pro plagiis et furtis in suam farraginem receperit.

Ergo ex commentariis in Comicos scriptis excerpsit et alia multa, quae facile deprehendentur, et haec pag. 751. sq. *'Αριστοφάνης δὲ ὁ Κωμικὸς ἐν ταῖς πρώταις Θεσμοφοριαζούσαις τὰ ἐκ τῶν Κρατίνου 'Εμπιμπραμένων μετήνεγκεν ἔπη. Πλάτων δὲ ὁ Κωμικὸς καὶ 'Αριστοφάνης ἐν Δαιδάλῳ τὰ ἀλλήλων ὑφαιροῦνται. Τὸν μέντοι Κώκαλον τὸν ποιηθέντα 'Αραρότι τῷ 'Αριστοφά-*

νους υἱεῖ Φιλήμων ὁ Κωμικὸς ὑπαλλάξας ἐν Ὑποβολιμαίῳ ἐκωμῴδησεν. in quibus iterum ἀκρισίας paene incredibilis certa vestigia deprehenduntur. Utinam integriora superessent Criticorum scholia ad Ar. *Thesm.* 215. ubi nunc legitur tantum: ταῦτα δὲ ἔλαβεν ἐκ τῶν Ἰδαίων Κρατίνου. Nusquam apparerent, opinor, neque isti Ἐμπιπράμενοι, neque Ἰδαῖοι, nedum Ἐμπιπράμενοι ἢ Ἰδαῖοι, quae, probantibus Meinekio et Bergkio, commentus est Dindorfius. Nam multum vereor, ne ludificetur viros doctos fallacis Aristobuli auctoritas, qui aut corruptum scholion descripsit, aut ipse a librariis corruptus est: vide autem ad quas argutias viri ingeniosi his titulorum figmentis delapsi sint ap. Meinek. *Fragm. Com.* pag. 54. Augebitur autem suspicio in eum, qui supra etiam aliam Cratino fabulam omnibus inauditam stulte affinxit pag. 738. ubi legitur: Κρατῖνος ἐν τοῖς Λάκωσι·

> φοβερὸν (φθονερὸν Iacobs.) ἀνθρώποις τόδ' αὖ
> Κταμένοις ἐπ' αἰζηοῖσι καυχᾶσθαι μέγα.

nam neque Cratinum haec scribere potuisse, neque umquam fuisse eius comoediam Λάκωνας non fefellit Meinekium *Fragm. Poët. Com.* p. 72. qui vellem hic substitisset, et suos Aristobulo errores reliquisset, neque finxisset senarium, cuius vel recentissimae aetatis poëtastrum poeniteret:

> Ἐν τοῖς Λάκωσι φθονερὸν ἀνθρώποις πέλει
> Κταμένοις κ. τ. λ.

Non multo acutius in Philemone vidit Graecorum insectator: nam neque Araros fecit *Cocalum*, neque Philemon, quod absurdum est (1), paucis leviter im-

---

(1) Lepidum est, quod narratur a Porphyrio apud Euseb. *P. E.*

mutatis (*ὑπαλλάξας*) eandem fabulam pro sua potuit *docere*, (nam in hanc sententiam homo Iudaeus verbum *κωμῳδεῖν* inscite detorsit). Bonum factum, quod meliora aliunde comperta sunt. Nempe ipse Aristophanes *Cocalum* scripsit senex, eamque filio Araroti dedit docendam, auctore Grammatico *de vit. Arist.* p. XXXVII. *ἐκλελοιπυίας τῆς ὕλης τῶν κωμῳδιῶν* — (*ὁ Ἀριςοφάνης*) *ἔγραψε Κώκαλον·* — *ἐν τούτῳ δὲ τῷ δράματι συνέςησε τῷ πλήθει τὸν υἱὸν Ἀραρότα.* Cf. *Pluti* Arg. II. In ea fabula exhibuerat *φθορὰν καὶ ἀναγνωρισμόν* et reliqua, quae novae Comoediae Principes Menander et Philemon sunt aemulati: vid. ibid. et pag. XXXV. *τῆς νέας κωμῳδίας τὸν τρόπον ἐπέδειξεν ἐν τῷ Κωκάλῳ, ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν λαβόμενοι Μένανδρός τε καὶ Φιλήμων ἐδραματούργησαν.* Conferat mihi aliquis eam simplicitatem cum Aristobuli calumniis: et sic tandem videamus quid de verbis istis, quorum causa hanc disputationem ingressi sumus, sit statuendum. *Πλάτων ὁ Κωμικὸς καὶ Ἀριςοφάνης ἐν Δαιδάλῳ τὰ ἀλλήλων ὑφαιροῦνται*, quae, in quamcunque te partem dederis, sine sensu scripta sunt: nisi quis utrumque alteri idem suffuratum esse in animum inducat. Non offendit tamen Bergkium, quem satis mirari non possum sic scribentem ad *Arist. Fragm.* p. 1015. *Illud quidem certum videtur, Platonis et Aristophanis Daedalos non solum in eodem argumento*

X. cap. 2. *Καικίλιος δὲ, ὥς τι μέγα πεφωρακώς, ὅλον δρᾶμα ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος Ἀντιφάνους τὸν Οἰωνιςὴν μεταγράψαι φησὶ τὸν Μένανδρον εἰς τὸν Δεισιδαίμονα.* quod persuasit Meinekio ad *Menand.* p. 41. Sed quis dubitet, quin Caecilius iste, cuius levitatem multi castigaverunt, codicum titulis fuerit deceptus? Porphyrius ipse satis indicat, quo loco istud inventum Caecilii sit habendum.

versatos fuisse, sed etiam, ut fieri solet (!) in verborum sententiarumque conformatione magnam aequabilitatem prae se tulisse: eaque confirmantem fragmenti, quod supra apposuimus, similitudine. Cautius Meinekius in *H. C. C.* p. 169. sententiam, *paulo negligentius* enunciatam, sic explicuit, ut Plato e Daedalo Aristophanis quaedam surripuisse, Aristophanes autem ex aliis Platonis fabulis ditavisse Daedalum suam intelligeretur. Quae coniecturae loco habenda sunt, non interpretationis. Prudentissime Dobraeus ad Schol. Arist. *Nub.* vs. 663. fabulae Platonicae nomen excidisse suspicatur; quo sumto oritur fere ea sententia, quam voluit Meinekius. Sed frustra, opinor, corrigitur ipsius Aristobuli error ex putida negligentia natus: qui quum idem fragmentum ex utraque fabula in Grammaticorum scriptis annotatum reperisset, stolide, ut reliqua, et incredibili socordia ista scripsit, quae meditate legentibus absurda videantur. Inveniet haec coniectura fidem apud eos, qui totum illud scriptum de furtis ad grammaticam interpretandi severitatem exigere voluerint, et quanta insit rerum perturbatio, argumentationis futilitas orationisque incompositae et interdum male graecae negligentia, denique quae sit arrogantia hominis, ob acumen scilicet suum et doctrinam sibi placentis, quale est quod in fine legitur pag. 752, suis ipsi oculis sint contemplati, quorum iudicio lubens rem permitto, satis habens ea exempla apposuisse, quae nimiam reverentiam, qua Clementis in his rebus auctoritatem homines doctos video amplexari, temperandam esse tantum non clament.

Iam si mihi conceditur, verba *τὰ ἀλλήλων ὑφαιροῦνται* sic esse ab Aristobulo inconsiderate ac festinanter

posita, videamus paulo accuratius utrumque locum, qui has turbas excitavit. Apud Schol. Arist. ad *Nub.* 665. (663) sic scriptum est: *ἐν ἔθει ἦν τότε καὶ τὴν θήλειαν ἀλεκτρυόνα καλεῖν, σαφὲς δὲ γίνεται ἐν Ἀμφιαράῳ·*

Γύναι, τί τὸ ψοφῆσαν ἦν; (1) *B. ἡ ἀλεκτρυὼν*
Τὴν κύλικα καταβέβληκεν. A. οἰμώζουσά γε.

καὶ ἐν τῷ Πλάτωνος Δαιδάλῳ·

Ἐνίοτε πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων

καὶ

ὑπήνεμα τίκτουσιν ᾠὰ πολλάκις·
Ὁ δὲ παῖς ἔνδον τὰς ἀλεκτρυόνας σοβεῖ.

οἱ Ἀττικοὶ δὲ οὕτω καὶ τὰς θηλείας ἐκάλουν καὶ Θεόπομπος. Conferendus est Athenaeus IX. 374. B. *Θεόπομπος ἐν Εἰρήνῃ ἐπὶ τῆς θηλείας ἔταξε τὸν ἀλεκτρυόνα λέγων οὕτως·*

ἄχθομαι δ' ἀπολωλεκὼς
Ἀλεκτρυόνα τίκτουσαν ᾠὰ πάγκαλα.

καὶ Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ·

Ὠιὸν μέγιστον τέτοκεν, ὡς ἀλεκτρυών.

καὶ πάλιν

πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων
Ὑπηνέμια βίᾳ (Sic PVL.) *τίκτουσιν ᾠὰ πολλάκις.*

ἐν δὲ Νεφέλαις —

νῦν δὲ πῶς με χρὴ καλεῖν;
B. Ἀλεκτρύαιναν, τὸν δ' ἕτερον ἀλέκτορα.

Idem fragmentum Aristophani tribuunt Suidas et Photius, ubi *ἐνίοτε πολλαὶ* et *βίᾳ ὑπηνέμια* legitur, et

---

(1) Sic legendum pro vulg. *ἐστίν*. Nam superstitiosus senex, qui miserat uxorem exploratum quid strepuisset, revertentem sic alloquitur.

sine nomine poëtae Eustathius, p. 1479, 28; qui omittit ἐνίοτε-βίᾳ-ᾠά. Miror non dudum istud βια, ortum ex corrupta scriptura vocis ὑπηνέμια, esse deletum: tum vocabulum ἐνίοτε qui cum πολλάκις satis bene conveniat, nemo dixerit: sed vere Brunckius, cui homines docti parere debuerant, Scholiastae esse monuit, qui *saepius* eo genere occurrere nomen ἀλεκτρυών ostendere volebat. Nam quod Hermannus ad Suidam provocat, nil nisi iam olim sic erratum esse intelligitur. Tum locum argutius vertit: vide Meinek. *Fragm.* p. 620. Porsoni ἕν ἴσϑε in huiusmodi dicto nimis magnificum est, et rectius exquisitae et novae sententiae praemitteretur. Credo sic numeros expleri posse:

Πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων, (γύναι,) Ὑπηνέμια κ. τ. λ.

Iam autem quis sanus credat poëtae ingenioso adeo rem angustam fuisse domi, ut huiusmodi dictum: *gallinae saepe ova irrita pariunt*, non ultro invenire potuerit? Quod quum sit absurdum, superest ut statuamus, corruptos olim fuisse Grammaticorum Commentarios, unde Athenaei et Scholiastae locus sit excerptus: nam utrumque inter se diligenter comparanti videbitur veri simillimum, ambo ex eodem fonte, Lexico Comico opinor, ea exempla desumsisse. Quid olim scriptum fuerit perspexisse arbitror Dobraeum, in *Annott.* ad *Schol. Arist.* Vol. VII. 1. p. 206. Arist. Dind., ubi ostendit quam facile e vera lectione καὶ πάλιν ἐν τῷ Δαιδάλῳ compendiis scripta nasci potuerit ea, quae has turbas excitavit. Apparet simul, quam vetustae mendae auctoribus insideant: nam quae in antiquissimo Grammatico orta est corruptela ὑπηνέμια (βια) primum in Athenaeum

transiit, deinde etiam in Photium et Suidam bona fide translata est. *Βίᾳ* tamen, quod mireris, retinuere Hermannus ad *Nub.* l. l. et Bergkius: velim scire quo sensu putaverint capiendum. Sed mitto iam haec, quia satis constare arbitror istam plagii criminationem, utpote nullis idoneis argumentis nixam, prorsus concidisse atque eadem opera refutatam esse Bergkii opinionem, qui *ob eam causam*, i. e. ob versiculos, quos e *Daedalo* Aristophaneo surripuisset Plato, inter utrumque poëtam inimicitias esse exortas suspicatus est in *Comm.* p. 421. Quae coniectura etiam propterea omni caret specie, quia huiusmodi simultas non inter senes solet agitari: nam parum reputasse videtur vir ingeniosus, quam provectus aetate Aristophanes argumenta, quale fuit *Daedali*, sibi tractanda sumserit.

At longe diversis de causis inter Aristophanem et Platonem, ambo aetate fervidos et avidos honoris, exarsisse simultatem mihi comperisse videor: quod argumentum subtimidus aggredior exponere, quoniam rationes quibus erit nitendum, magnam partem non nisi suspiciones esse fatendum est, non improbabiles illas quidem, sed, si quis ita velit, incertas. Neque tamen omnia speciosis coniecturis erunt superstruenda, sed praemissis quae indubitata veterum monumentorum fide constant videbimus deinde ecquid ad eam lucem alios quosdam locos, qui ad hunc diem minus recte fuerunt expliciti aut etiam interpretum operam eluserunt, felicius enucleare possimus.

Constat Platonem in fabula *Νίκαις* Aristophanis argumentum *Pacis* odiose explosisse. Testis est doctus Scholiasta Platonis ad *Apolog.* pag. 330. sq. Bekkeri. *Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδιοποιὸς φαλακρὸς ἦν, ἐκωμῳδεῖτο*

δ' ἐπὶ τῷ σκώπτειν μὲν Εὐριπίδην, μιμεῖσθαι δ' αὐτόν. Κρατῖνος·

τίς δὲ σύ; κομψός τις ἔροιτο θεατής·
Ὑπολεπτόλογος, γνωμοδιώκτης, εὐριπιδαριστοφανίζων.

— Ἀριστώνυμος δ' ἐν Ἡλίῳ ῥιγοῦντι καὶ Σαννυρίων ἐν Γέλωτι πετράδι φασὶν αὐτὸν γενέσθαι, διὸ τὸν βίον κατέτριψεν ἑτέροις πονῶν. — Κωμῳδεῖται δὲ ὅτι καὶ (malim καὶ ὅτι) τὸ τῆς εἰρήνης κολοσσικὸν ἐξῆρεν ἄγαλμα, Εὔπολις Αὐτολύκῳ, Πλάτων Νίκαις.

Videmus eruditum Criticum studiose enotasse varia opprobria, quibus Aristophanem aequales poëtae erant cavillati: credideris fere eo animo esse collecta, ut appareret Poëtam, qui Socratem tam lepide perstrinxisset, nec ipsum maledicentiae tela effugere potuisse. Et cetera quidem sunt perspicua: diu contra ignoratum est, quid Eupolidis et Platonis dicterium sibi vellet, eaque homines docti excogitaverunt, quae silentio praeterire satius arbitror.

Tandem verum vidit Dindorfius: nempe spectat utriusque cavillatio ad Aristophanis *Pacem*, et ludibrio habetur ea fabulae pars, ubi rustici Pacis imaginem magnitudine ac forma supra homines excellentem (unde illi invidiose κολοσσικόν) multo sudore et aerumnis ex antro extrahentes (ἐξαίροντες) exhibebantur, vide *Pac.* vs. 458—520. Hoc igitur illi inventum acerbe exploserunt, non adeo, opinor, quoniam sibi frigidum et illepidum videbatur, sed, quod in Eupolide certum est, simul invidia incensi et ne convicia, quibus ipsos illuserat Aristophanes, impune ferre videretur. Mordebat iamdudum Eupolidem suam gloriam divino adversarii ingenio obscurari. Primum nascentem Aristophanis laudem aequo animo tulisse et etiam amice

fovisse credibile est: nam quamquam *Acharnenses* suis *Νουμηνίαις* eripuerant palmam, tamen commodus amicum *Equites* studiose elaborantem scribendo adiuvit. Sed quum haec fabula ingenti omnium plausu et admiratione esset excepta, invidia et obtrectatio incessit animum, quem dolorem mox cavillando aemulum significasse propterea est simillimum veri, quod Aristophanes in *Vespis*, quam tertio post *Equites* anno docuit, veterem amicum asperrimis conviciis exagitat vs. 1025. sq.

Οὐδὲ παλαίστρας περικωμάζειν (inquit) *πειρῶν, οὐδ' εἴ τις ἐραστὴς*
Κωμῳδεῖσθαι παιδίχ' ἑαυτοῦ μισῶν ἔσπευδε πρὸς αὐτόν
Οὐδενὶ πώποτέ φησι πιθέσθαι.

ubi scholia vide; coll. Bergkio in *Fragm. Arist.* p. 918. et 922. Reposuit aliquid Eupolis: nam anno sequenti Olymp. LXXXIX. 3. in *Pacis* Parabasi vs. 763. sqq. easdem animi sordes illi acerbe obiicit, quamvis ut ante nomini parcens:

Καὶ γὰρ πρότερον πράξας κατὰ νοῦν οὐχὶ παλαίστρας περινοστῶν
Παῖδας ἐπείρων. ubi vid. Schol.

Non tulit contumeliam Eupolis, sed anno insequenti, quum doceret *Αὐτόλυκον*, iniuriam sibi illatam sic ultus est, ut *Pacis* argumentum invidiose perstringeret. Retudit Aristophanes aemuli maledicentiam in *Nubibus*, quam perpolitam edidit, (non docuit) circa ineuntem, opinor, Olymp. XCI^am^, ubi isti plagium exprobrat: vs. 552. sq.

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,
Ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς.

cui exacerbatus odio Poëta sic reposuit in *Βάπταις*, (quam Olymp. XCI^ao^ anno primo actam esse, multa suadent, ut credam)

κἀκείνους τοὺς Ἱππέας
Συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην.

vide supra pag. 65. Atque haec quidem de simultate inter ambo Comoediae principes sufficiunt: plura indicia, quamvis minus certa, vide apud Fritzschium in *Quaestt. Arist.* pag. 144. sqq. Videndum nunc est, qui Plato in eiusdem odii societatem venerit. Deficit autem in hac indagatione quidquid superest veterum monumentorum: quare quum ad probabiles coniecturas sit confugiendum, deprecanda est venia, si cui forte non rectius nonnulla explicuisse aut Aristophanis locis ex hac suspicione insperatam attulisse lucem, sed intemperantius ingenio abusi videbimur. Sed vel sic satis habebo, si periti iudices non inanem novorum inventorum gloriolam putide affectasse me suspicabuntur, sed veram obscurorum locorum interpretationem diligenter indagasse concedent.

Easdem causas, quae Eupolidem impulerunt, etiam Platonis acrimoniam in aemulum poëtam concitasse probabilis suspicio est: invidiam et vindictae ob iactata in sese convicia cupidinem. Platonis nomini Aristophanis ingenium maximopere officiebat: *Acharnenses*, *Equites*, *Vespae*, Olympp. LXXXVIII. 3 et 4., et LXXXIX. 2. omnibus primam palmam praeripuerant; *Pax* Olymp. LXXXIX. 3. soli cesserat facetissimae comoediae Eupolidis *Κόλαξι*, et tulerat secundas. Per hos quatuor annos secundas fere reportaverat Cratinus, tertias Eupolis, Aristomenes, in ceteris Leucon. Platonis nulla mentio, neque etiam quo anno *Nubes* spreta fuit Olymp. LXXXIX. 1.: nam Cratinus et Amipsias tulerant honores. Hinc obtrectatio, quae facile *irritabile genus* vexat, suborta est: et ut fere-

bant Comicorum mores, in invisum hominem aliquod contumeliosius dictum iecit. Aristophanes, qui reliquos omnes mirifice spernebat, reposuit nonnihil, quod invidum male ureret: qua nova contumelia irritatus in fabula *Νίκαις*, quem sibi praestare ingenio egregie noverat, eum, uti fit, futili reprehensione rodere coepit.

Haec si quis veri speciem habere concedet, circumspiciendum est, ecquid in Aristophaneis Comoediis lateat obscurius dictum, quod ad hanc explorationem adhibitum simul illustrari possit et suspicionem incertam dare egregie confirmatam. Prius autem, quo certior argumentatio fiat, ostendendum est, quo anno Plato *Νίκας* docuerit, quod nunc certo indicio comperiri posse arbitror. Nempe necesse est, non ita multo post *Pacem Autolycum* Eupolidis et Platonis *Νίκας* in scena esse exhibitas, quo tempore recens acta fabula spectatorum animis obversaretur: nam absurdum est suspicari comoediae aliquanto ante actae memoriam, quae dudum aliis fabulis refrixerat, huiusmodi irrisione refricari potuisse, imprimis apud Atticos, quos bene sibi notos admonet Aristophanes *Eccles*. 1161. sq.

> *Μὴ — ταῖς κακαῖς ἑταίραις τὸν τρόπον προσεικέναι,*
> *Αἳ μόνον μνήμην ἔχουσι τῶν τελευταίων ἀεί.*

Per se satis certum argumentum luculento insuper documento corroboratur: nam felici casu accidit, ut e veteribus Didascaliis constet annus, quo Eupolis suam *Autolycum* exhibuit. Athen. V. pag. 216. D. *ἔςι δ᾽ οὗτος ὁ καιρὸς, καθ᾽ ὃν Ἀριςίων ἄρχων ἦν, ἐπὶ τούτου — Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας — χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου.* i. e. Olymp. LXXXIX. 4. anno post Alcaeum, quo archonte Aristophanes *Pacem* in

certamen demiserat: Didascalia *Pacis*, quam a G. Dindorfio acceptam primus protulit Meinek. *Q. S.* III. pag. 76.: *ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου, πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτορσιν.* Itaque quandoquidem in Eupolide iam certum est, ne de Platone quidem superesse potest dubitatio: et sicuti facile intelligi potest ambo eodem anno eandem invisi aemuli fabulam irrisisse, sic nemo credere possit eandem cavillationem, qua ante usus esset Eupolis, a Platone aut anno post aut etiam serius putide esse repetitam.

Itaque si Aristophanes mordaci dictò invidiosum aemulum lacessivit, quemadmodum prius opprobriis, uti vidimus, irritaverat Eupolidem, necesse est huius rei in *Vespis*, aut magis etiam in ipsa *Pace* vestigia superesse. Ego vero in utraque fabula mihi videor iocosi dicterii in Platonem non nominatum indicia animadvertisse, obscurà illa quidem, sed ad hanc lucem nullo negotio deprehendenda. Locus est in *Pace* vs. 700. sqq. ubi e Trygaeo, recens ex his terris in coelum advecto sciscitatur Mercurius:

Τί δαί; Κρατῖνος ὁ σοφὸς ἔςιν;

cui iste:

ἀπέθανεν
Ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον. Ἑ. τί παθών; Τ. ὅ τι;
Ὡρακιάσας. οὐ γὰρ ἐξηνέσχετο
Ἰδὼν πίθον καταγνύμενον οἴνου πλέων.

Hunc autem locum non dubito affirmare a nemine omnium, quos viderim, esse intellectum: documento sunt mirae interpretationes. Graviter fallitur Grammaticus incertus *περὶ κωμ.* pag. XXIX, qui ex hoc loco

scribit de morte Cratini: *τελευτᾷ δὲ Λακεδαιμονίων εἰσβαλόντων τὸ πρῶτον, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης.* qui misere in temporum rationibus turbat. Nam Cratinus, quum aetate confectus lepidissimam fabulam *Πυτίνην* docuisset Olymp. LXXXIX. 1. anno sequenti diem obiit. Spartani autem quum tertio ante anno (Olymp. LXXXVIII. 3.) in Atticam invasissent (Thucyd. IV. 2.) non redierunt nisi anno post mortuum Cratinum septimo (Olymp. XCI. 3. Thucyd. VII. 19.): quare haerens Meinekius in *H. C. C.* pag. 45. eo confugit, ut coniiceret Aristophanem *quemadmodum causam mortis Cratini facetissimo lusu commentus esset, ita etiam illam Lacedaemoniorum in Atticam invasionem finxisse.* Apparet, in quas angustias vir doctus fuerit compulsus, qui ista potuerit excogitare. Arripuit tamen hanc qualemcumque interpretationem, ut in re conclamata, Fritzschius in *Quaestt. Arist.* p. 258. sq. qui *ex ingenio ludentis Comici* istam Lacedaemoniorum incursionem *metiendam* censuit: nempe fictam esse, ut *mirifica Cratini* (decrepiti senis) *ignavia* notaretur, et una opera vinolentia hominis, *quod emori maluisset, quam cadum vini confractum oculis cernere.* Nemo non sentit, quam nihil huiusmodi explicationes Aristophani prosint. Namque lepos in istis commentis inest nullus: contra quid animi Atheniensibus fuisse censeamus in odiosa ista Laconum commemoratione recordantibus, quanto suo dedecore et damnis Spartanorum milites agrum Atticum impune essent depopulati: deinde quid rei sit Laconum incursioni cum morte Cratini et diffracto vini dolio, nemo dixerit. Atqui utramque rem arctissime esse coniungendam locus Aristophanis clamat. Sensit, opinor, istas difficultates

Th. Bergkius, qui in *Comment.* pag. 187. novam interpretationem attulit, in qua viri peringeniosi acumen non apparet. Suspicatur enim Aristophanem dicere voluisse poësin, *quae ante Peloponnesiaci belli incendium in summum fastigium evecta videbatur, iam retro quasi ruina quadam revolvi:* idque duobus exemplis illustrare, Sophoclis, quem de pristina generositate recessisse conqueratur, et Cratini, qui ex quo Lacedaemoniis incursionem facientibus *cellae vinariae vastarentur, nihil magnum, nihil admiratione dignum proponeret in medio, atque adeo sibi iam mortuus potius quam vivus videretur.* Sed vir acutus ipse non diffitebitur, opinor, paene ridiculum esse induci ipsum Aristophanem conquerentem de poëseos studio et laude in peius ruente, quod Cratinum scilicet e senio ingenium deficeret. Suspicor aliud quid latere, quo intellecto dispellentur tenebrae et urbanissimus ingeniosi Aristophanis iocus revocabitur. Lacones isti non armati per Isthmum ingressi erant Atticam, sed prodierant in scenam, auctore Platone: ut verbo dicam, significantur Platonis *Λάκωνες*, quam fabulam superiore anno, quo Cratinus erat mortuus, docuerat: exhibuerat autem in ea hominum temulentorum convivium, qui nimio mero madidi et alias turbas dedisse videntur et vini dolium in tumultu diffregisse. Quos cachinnos putemus Athenienses sustulisse in lepidissimo invento, quo atrox malum, τὸ τοὺς Λάκωνας ἐμβαλεῖν, ad risum iocumque transferebatur: et quam bene cum ista Laconum invasione, quam ipse Cratinus spectaverat, coniungitur causa aegritudinis, quae vinosum Poëtam necavit. Sed non attinet commemorare quanta luce locus Aristophanis sic intellectus splendeat, quod

posita, videamus paulo accuratius utrumque locum, qui has turbas excitavit. Apud Schol. Arist. ad *Nub.* 665. (663) sic scriptum est: *ἐν ἔθει ἦν τότε καὶ τὴν θήλειαν ἀλεκτρυόνα καλεῖν, σαφὲς δὲ γίνεται ἐν Ἀμφιαράῳ·*

Γύναι, τί τὸ ψοφῆσαν ἦν; (1) *Β. ἡ 'λεκτρυὼν*
Τὴν κύλικα καταβέβληκεν. Α. οἰμώζουσά γε.

καὶ ἐν τῷ Πλάτωνος Δαιδάλῳ·

Ἐνίοτε πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων

καὶ

ὑπήνεμα τίκτουσιν ᾠὰ πολλάκις·
Ὁ δὲ παῖς ἔνδον τὰς ἀλεκτρυόνας σοβεῖ.

οἱ Ἀττικοὶ δὲ οὕτω καὶ τὰς θηλείας ἐκάλουν καὶ Θεόπομπος. Conferendus est Athenaeus IX. 374. B. *Θεόπομπος ἐν Εἰρήνῃ ἐπὶ τῆς θηλείας ἔταξε τὸν ἀλεκτρυόνα λέγων οὕτως·*

ἄχθομαι δ' ἀπολωλεκὼς
Ἀλεκτρυόνα τίκτουσαν ᾠὰ πάγκαλα.

καὶ Ἀριςοφάνης Δαιδάλῳ·

Ὠιὸν μέγιςον τέτοκεν, ὡς ἀλεκτρυών.

καὶ πάλιν

πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων
Ὑπηνέμια βίᾳ (Sic PVL.) *τίκτουσιν ᾠὰ πολλάκις.*

ἐν δὲ Νεφέλαις —

νῦν δὲ πῶς με χρὴ καλεῖν;
Β. Ἀλεκτρύαιναν, τὸν δ' ἕτερον ἀλέκτορα.

Idem fragmentum Aristophani tribuunt Suidas et Photius, ubi *ἐνίοτε πολλαὶ* et *βίᾳ ὑπηνέμια* legitur, et

---

(1) Sic legendum pro vulg. *ἐςίν*. Nam superstitiosus senex, qui miserat uxorem exploratum quid strepuisset, revertentem sic alloquitur.

sine nomine poëtae Eustathius, p. 1479, 28, qui omittit *ἐνίοτε*-*βίᾳ*-*ᾠά*. Miror non dudum istud *βια*, ortum ex corrupta scriptura vocis *ὑπηνέμια*, esse deletum: tum vocabulum *ἐνίοτε* qui cum *πολλάκις* satis bene conveniat, nemo dixerit: sed vere Brunckius, cui homines docti parere debuerant, Scholiastae esse monuit, qui *saepius* eo genere occurrere nomen *ἀλεκτρυών* ostendere volebat. Nam quod Hermannus ad Suidam provocat, nil nisi iam olim sic erratum esse intelligitur. Tum locum argutius vertit: vide Meinek. *Fragm.* p. 620. Porsoni *ἔν ἴσε* in huiusmodi dicto nimis magnificum est, et rectius exquisitae et novae sententiae praemitteretur. Credo sic numeros expleri posse:

Πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων, (*γύναι*,) *Ὑπηνέμια κ. τ. λ.*

Iam autem quis sanus credat poëtae ingenioso adeo rem angustam fuisse domi, ut huiusmodi dictum: *gallinae saepe ova irrita pariunt*, non ultro invenire potuerit? Quod quum sit absurdum, superest ut statuamus, corruptos olim fuisse Grammaticorum Commentarios, unde Athenaei et Scholiastae locus sit excerptus: nam utrumque inter se diligenter comparanti videbitur veri simillimum, ambo ex eodem fonte, Lexico Comico opinor, ea exempla desumsisse. Quid olim scriptum fuerit perspexisse arbitror Dobraeum, in *Annott.* ad *Schol. Arist.* Vol. VII. 1. p. 206. Arist. Dind., ubi ostendit quam facile e vera lectione *καὶ πάλιν ἐν τῷ Δαιδάλῳ* compendiis scripta nasci potuerit ea, quae has turbas excitavit. Apparet simul, quam vetustae mendae auctoribus insideant: nam quae in antiquissimo Grammatico orta est corruptela *ὑπηνέμια* (supra: *βια*) primum in Athenaeum

transiit, deinde etiam in Photium et Suidam bona fide translata est. *Βίᾳ* tamen, quod mireris, retinuere Hermannus ad *Nub.* l. l. et Bergkius: velim scire quo sensu putaverint capiendum. Sed mitto iam haec, quia satis constare arbitror istam plagii criminationem, utpote nullis idoneis argumentis nixam, prorsus concidisse atque eadem opera refutatam esse Bergkii opinionem, qui *ob eam causam*, i. e. ob versiculos, quos e *Daedalo* Aristophaneo surripuisset Plato, inter utrumque poëtam inimicitias esse exortas suspicatus est in *Comm.* p. 421. Quae coniectura etiam propterea omni caret specie, quia huiusmodi simultas non inter senes solet agitari: nam parum reputasse videtur vir ingeniosus, quam provectus aetate Aristophanes argumenta, quale fuit *Daedali*, sibi tractanda sumserit.

At longe diversis de causis inter Aristophanem et Platonem, ambo aetate fervidos et avidos honoris, exarsisse simultatem mihi comperisse videor: quod argumentum subtimidus aggredior exponere, quoniam rationes quibus erit nitendum, magnam partem non nisi suspiciones esse fatendum est, non improbabiles illas quidem, sed, si quis ita velit, incertas. Neque tamen omnia speciosis coniecturis erunt superstruenda, sed praemissis quae indubitata veterum monumentorum fide constant videbimus deinde ecquid ad eam lucem alios quosdam locos, qui ad hunc diem minus recte fuerunt expliciti aut etiam interpretum operam eluserunt, felicius enucleare possimus.

Constat Platonem in fabula *Νίκαις* Aristophanis argumentum *Pacis* odiose explosisse. Testis est doctus Scholiasta Platonis ad *Apolog.* pag. 330. sq. Bekkeri. *Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδιοποιὸς φαλακρὸς ἦν, ἐκωμῳδεῖτο*

δ' ἐπὶ τῷ σκώπτειν μὲν Εὐριπίδην, μιμεῖσθαι δ' αὐτόν. Κρατῖνος·

τίς δὲ σύ; κομψός τις ἔροιτο θεατής·
Ὑπολεπτόλογος, γνωμοδιώκτης, εὐριπιδαριςοφανίζων.

— *Ἀριςώνυμος δ' ἐν Ἡλίῳ ῥιγοῦντι καὶ Σαννυρίων ἐν Γέλωτι τετράδι φασὶν αὐτὸν γενέσθαι, διὸ τὸν βίον κατέτριψεν ἑτέροις πονῶν.* — *Κωμῳδεῖται δὲ ὅτι καὶ* (malim *καὶ ὅτι*) *τὸ τῆς εἰρήνης κολοσσικὸν ἐξῆρεν ἄγαλμα, Εὔπολις Αὐτολύκῳ, Πλάτων Νίκαις.*

Videmus eruditum Criticum studiose enotasse varia opprobria, quibus Aristophanem aequales poëtae erant cavillati: credideris fere eo animo esse collecta, ut appareret Poëtam, qui Socratem tam lepide perstrinxisset, nec ipsum maledicentiae tela effugere potuisse. Et cetera quidem sunt perspicua: diu contra ignoratum est, quid Eupolidis et Platonis dicterium sibi vellet, eaque homines docti excogitaverunt, quae silentio praeterire satius arbitror.

Tandem verum vidit Dindorfius: nempe spectat utriusque cavillatio ad Aristophanis *Pacem*, et ludibrio habetur ea fabulae pars, ubi rustici Pacis imaginem magnitudine ac forma supra homines excellentem (unde illi invidiose *κολοσσικόν*) multo sudore et aerumnis ex antro extrahentes (*ἐξαίροντες*) exhibebantur, vide *Pac.* vs. 458—520. Hoc igitur illi inventum acerbe exploserunt, non adeo, opinor, quoniam sibi frigidum et illepidum videbatur, sed, quod in Eupolide certum est, simul invidia incensi et ne convicia, quibus ipsos illuserat Aristophanes, impune ferre videretur. Mordebat iamdudum Eupolidem suam gloriam divino adversarii ingenio obscurari. Primum nascentem Aristophanis laudem aequo animo tulisse et etiam amice

bant Comicorum mores, in invisum hominem aliquod contumeliosius dictum iecit. Aristophanes, qui reliquos omnes mirifice spernebat, reposuit nonnihil, quod invidum male ureret: qua nova contumelia irritatus in fabula *Νίκαις*, quem sibi praestare ingenio egregie noverat, eum, uti fit, futili reprehensione rodere coepit.

Haec si quis veri speciem habere concedet, circumspiciendum est, ecquid in Aristophaneis Comoediis lateat obscurius dictum, quod ad hanc explorationem adhibitum simul illustrari possit et suspicionem incertam dare egregie confirmatam. Prius autem, quo certior argumentatio fiat, ostendendum est, quo anno Plato Νίκας docuerit, quod nunc certo indicio comperiri posse arbitror. Nempe necesse est, non ita multo post *Pacem Autolycum* Eupolidis et Platonis Νίκας in scena esse exhibitas, quo tempore recens acta fabula spectatorum animis obversaretur: nam absurdum est suspicari comoediae aliquanto ante actae memoriam, quae diu iam aliis fabulis refrixerat, huiusmodi [illegible] [illegible] potuisse, imprimis apud Atticos, quos [illegible] sibi [illegible] admonet Aristophanes *Eccles*. 1161. sq.

μηδὲ ταῖς κακαῖς ἑταίραις τὸν τρόπον προσεικέναι,
αἳ μόνον μνήμην ἔχουσι τῶν τελευταίων ἀεί.

Per se satis certum argumentum luculento insuper [illegible] corroboratur: nam felici casu accidit, ut [illegible] [illegible] constet annus, quo Eupolis [illegible] [illegible]. Athen. V. pag. 216. D. ἔχι [illegible] ἐπὶ τού- [illegible] διδάξας — χλευάζει τὴν [illegible] Olymp. LXXXIX. 4. anno [illegible] Aristophanes *Pacem* in

certamen demiserat: Didascalia *Pacis*, quam a G. Dindorfio acceptam primus protulit Meinek. *Q. S.* III. pag. 76.: *ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου, πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτορσιν.* Itaque quandoquidem in Eupolide iam certum est, ne de Platone quidem superesse potest dubitatio: et sicuti facile intelligi potest ambo eodem anno eandem invisi aemuli fabulam irrisisse, sic nemo credere possit eandem cavillationem, qua ante usus esset Eupolis, a Platone aut anno post aut etiam serius putide esse repetitam.

Itaque si Aristophanes mordaci dicto invidiosum aemulum lacessivit, quemadmodum prius opprobriis, uti vidimus, irritaverat Eupolidem, necesse est huius rei in *Vespis*, aut magis etiam in ipsa *Pace* vestigia superesse. Ego vero in utraque fabula mihi videor iocosi dicterii in Platonem non nominatum indicia animadvertisse, obscura illa quidem, sed ad hanc lucem nullo negotio deprehendenda. Locus est in *Pace* vs. 700. sqq. ubi e Trygaeo, recens ex his terris in coelum advecto sciscitatur Mercurius:

Τί δαί; Κρατῖνος ὁ σοφὸς ἔστιν;

cui iste:

ἀπέθανεν

Ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον. Ἑ. τί παθών; Τ. ὅ τι;
Ὡρακιάσας. οὐ γὰρ ἐξηνέσχετο
Ἰδὼν πίθον καταγνύμενον οἴνου πλέων.

Hunc autem locum non dubito affirmare a nemine omnium, quos viderim, esse intellectum: documento sunt mirae interpretationes. Graviter fallitur Grammaticus incertus *περὶ κωμ.* pag. XXIX, qui ex hoc loco

fovisse credibile est: nam quamquam *Acharnenses* suis *Νουμηνίαις* eripuerant palmam, tamen commodus amicum *Equites* studiose elaborantem scribendo adiuvit. Sed quum haec fabula ingenti omnium plausu et admiratione esset excepta, invidia et obtrectatio incessit animum, quem dolorem mox cavillando aemulum significasse propterea est simillimum veri, quod Aristophanes in *Vespis*, quam tertio post *Equites* anno docuit, veterem amicum asperrimis conviciis exagitat vs. 1025. sq.

Οὐδὲ παλαίςρας περικωμάζειν (inquit) *πειρῶν, οὐδ' εἴ τις ἐραςὴς*
Κωμῳδεῖσθαι παιδίχ' ἑαυτοῦ μισῶν ἔσπευδε πρὸς αὐτόν
Οὐδενὶ πώποτέ φησι πιθέσθαι.

ubi scholia vide; coll. Bergkio in *Fragm. Arist.* p. 918. et 922. Reposuit aliquid Eupolis: nam anno sequenti Olymp. LXXXIX. 3. in *Pacis* Parabasi vs. 763. sqq. easdem animi sordes illi acerbe obiicit, quamvis ut ante nomini parcens:

Καὶ γὰρ πρότερον πράξας κατὰ νοῦν οὐχὶ παλαίςρας περινοςῶν Παῖδας ἐπείρων. ubi vid. Schol.

Non tulit contumeliam Eupolis, sed anno insequenti, quum doceret *Αὐτόλυκον*, iniuriam sibi illatam sic ultus est, ut *Pacis* argumentum invidiose perstringeret. Retudit Aristophanes aemuli maledicentiam in *Nubibus*, quam perpolitam edidit, (non docuit) circa ineuntem, opinor, Olymp. XCI^{am}, ubi isti plagium exprobrat: vs. 552. sq.

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιςον παρείλκυσεν,
Ἐκςρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς.

cui exacerbatus odio Poëta sic reposuit in *Βάπταις*, (quam Olymp. XCI^{ao} anno primo actam esse, multa suadent, ut credam)

κἀκείνους τοὺς Ἱππέας
Συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην.

vide supra pag. 65. Atque haec quidem de simultate inter ambo Comoediae principes sufficiunt: plura indicia, quamvis minus certa, vide apud Fritzschium in *Quaestt. Arist.* pag. 144. sqq. Videndum nunc est, qui Plato in eiusdem odii societatem venerit. Deficit autem in hac indagatione quidquid superest veterum monumentorum: quare quum ad probabiles coniecturas sit confugiendum, deprecanda est venia, si cui forte non rectius nonnulla explicuisse aut Aristophanis locis ex hac suspicione insperatam attulisse lucem, sed intemperantius ingenio abusi videbimur. Sed vel sic satis habebo, si periti iudices non inanem novorum inventorum gloriolam putide affectasse me suspicabuntur, sed veram obscurorum locorum interpretationem diligenter indagasse concedent.

Easdem causas, quae Eupolidem impulerunt, etiam Platonis acrimoniam in aemulum poëtam concitasse probabilis suspicio est: invidiam et vindictae ob iactata in sese convicia cupidinem. Platonis nomini Aristophanis ingenium maximopere officiebat: *Acharnenses*, *Equites*, *Vespae*, Olympp. LXXXVIII. 3 et 4., et LXXXIX. 2. omnibus primam palmam praeripuerant; *Pax* Olymp. LXXXIX. 3. soli cesserat facetissimae comoediae Eupolidis *Κόλαξι*, et tulerat secundas. Per hos quatuor annos secundas fere reportaverat Cratinus, tertias Eupolis, Aristomenes, in ceteris Leucon. Platonis nulla mentio, neque etiam quo anno *Nubes* spreta fuit Olymp. LXXXIX. 1.: nam Cratinus et Amipsias tulerant honores. Hinc obtrectatio, quae facile *irritabile genus* vexat, suborta est: et ut fere-

bant Comicorum mores, in invisum hominem aliquod contumeliosius dictum iecit. Aristophanes, qui reliquos omnes mirifice spernebat, reposuit nonnihil, quod invidum male ureret: qua nova contumelia irritatus in fabula *Νίκαις*, quem sibi praestare ingenio egregie noverat, eum, uti fit, futili reprehensione rodere coepit.

Haec si quis veri speciem habere concedet, circumspiciendum est, ecquid in Aristophaneis Comoediis lateat obscurius dictum, quod ad hanc explorationem adhibitum simul illustrari possit et suspicionem incertam dare egregie confirmatam. Prius autem, quo certior argumentatio fiat, ostendendum est, quo anno Plato *Νίκας* docuerit, quod nunc certo indicio comperiri posse arbitror. Nempe necesse est, non ita multo post *Pacem* *Autolycum* Eupolidis et Platonis *Νίκας* in scena esse exhibitas, quo tempore recens acta fabula spectatorum animis obversaretur: nam absurdum est suspicari comoediae aliquanto ante actae memoriam, quae dudum aliis fabulis refrixerat, huiusmodi irrisione refricari potuisse, imprimis apud Atticos, quos bene sibi notos admonet Aristophanes *Eccles*. 1161. sq.

Μὴ — ταῖς κακαῖς ἑταίραις τὸν τρόπον προσεικέναι,
Αἳ μόνον μνήμην ἔχουσι τῶν τελευταίων ἀεί.

Per se satis certum argumentum luculento insuper documento corroboratur: nam felici casu accidit, ut e veteribus Didascaliis constet annus, quo Eupolis suam *Autolycum* exhibuit. Athen. V. pag. 216. D. *ἔςι δ' οὗτος ὁ καιρὸς, καθ' ὃν Ἀριςίων ἄρχων ἦν, ἐπὶ τούτου — Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας — χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου.* i. e. Olymp. LXXXIX. 4. anno post Alcaeum, quo archonte Aristophanes *Pacem* in

certamen demiserat: Didascalia *Pacis*, quam a G. Dindorfio acceptam primus protulit Meinek. *Q. S.* III. pag. 76.: *ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου, πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτορσιν.* Itaque quandoquidem in Eupolide iam certum est, ne de Platone quidem superesse potest dubitatio: et sicuti facile intelligi potest ambo eodem anno eandem invisi aemuli fabulam irrisisse, sic nemo credere possit eandem cavillationem, qua ante usus esset Eupolis, a Platone aut anno post aut etiam serius putide esse repetitam.

Itaque si Aristophanes mordaci dicto invidiosum aemulum lacessivit, quemadmodum prius opprobriis, uti vidimus, irritaverat Eupolidem, necesse est huius rei in *Vespis*, aut magis etiam in ipsa *Pace* vestigia superesse. Ego vero in utraque fabula mihi videor iocosi dicterii in Platonem non nominatum indicia animadvertisse, obscura illa quidem, sed ad hanc lucem nullo negotio deprehendenda. Locus est in *Pace* vs. 700. sqq. ubi e Trygaeo, recens ex his terris in coelum advecto sciscitatur Mercurius:

Τί δαί; Κρατῖνος ὁ σοφὸς ἔστιν;

cui iste:

ἀπέθανεν
Ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον. Ἑ. τί παθών; Τ. ὅ τι;
Ὡρακιάσας. οὐ γὰρ ἐξηνέσχετο
Ἰδὼν πίθον καταγνύμενον οἴνου πλέων.

Hunc autem locum non dubito affirmare a nemine omnium, quos viderim, esse intellectum: documento sunt mirae interpretationes. Graviter fallitur Grammaticus incertus *περὶ κωμ.* pag. XXIX, qui ex hoc loco

scribit de morte Cratini: τελευτᾷ δὲ Λακεδαιμονίων εἰσβαλόντων τὸ πρῶτον, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης. qui misere in temporum rationibus turbat. Nam Cratinus, quum aetate confectus lepidissimam fabulam Πυτίνην docuisset Olymp. LXXXIX. 1. anno sequenti diem obiit. Spartani autem quum tertio ante anno (Olymp. LXXXVIII. 3.) in Atticam invasissent (Thucyd. IV. 2.) non redierunt nisi anno post mortuum Cratinum septimo (Olymp. XCI. 3. Thucyd. VII. 19.): quare haerens Meinekius in *H. C. C.* pag. 45. eo confugit, ut coniiceret Aristophanem *quemadmodum causam mortis Cratini facetissimo lusu commentus esset, ita etiam illam Lacedaemoniorum in Atticam invasionem finxisse.* Apparet, in quas angustias vir doctus fuerit compulsus, qui ista potuerit excogitare. Arripuit tamen hanc qualemcumque interpretationem, ut in re conclamata, Fritzschius in *Quaestt. Arist.* p. 258. sq. qui *ex ingenio ludentis Comici* istam Lacedaemoniorum incursionem *metiendam* censuit: nempe fictam esse, ut *mirifica Cratini* (decrepiti senis) *ignavia* notaretur, et una opera vinolentia hominis, *quod emori maluisset, quam cadum vini confractum oculis cernere.* Nemo non sentit, quam nihil huiusmodi explicationes Aristophani prosint. Namque lepos in istis commentis inest nullus: contra quid animi Atheniensibus fuisse censeamus in odiosa ista Laconum commemoratione recordantibus, quanto suo dedecore et damnis Spartanorum milites agrum Atticum impune essent depopulati: deinde quid rei sit Laconum incursioni cum morte Cratini et diffracto vini dolio, nemo dixerit. Atqui utramque rem arctissime esse coniungendam locus Aristophanis clamat. Sensit, opinor, istas difficultates

Th. Bergkius, qui in *Comment.* pag. 187. novam interpretationem attulit, in qua viri peringeniosi acumen non apparet. Suspicatur enim Aristophanem dicere voluisse poësin, *quae ante Peloponnesiaci belli incendium in summum fastigium evecta videbatur, iam retro quasi ruina quadam revolvi:* idque duobus exemplis illustrare, Sophoclis, quem de pristina generositate recessisse conqueratur, et Cratini, qui ex quo Lacedaemoniis incursionem facientibus *cellae vinariae vastarentur, nihil magnum, nihil admiratione dignum proponeret in medio, atque adeo sibi iam mortuus potius quam vivus videretur.* Sed vir acutus ipse non diffitebitur, opinor, paene ridiculum esse induci ipsum Aristophanem conquerentem de poëseos studio et laude in peius ruente, quod Cratinum scilicet e senio ingenium deficeret. Suspicor aliud quid latere, quo intellecto dispellentur tenebrae et urbanissimus ingeniosi Aristophanis iocus revocabitur. Lacones isti non armati per Isthmum ingressi erant Atticam, sed prodierant in scenam, auctore Platone: ut verbo dicam, significantur Platonis *Λάκωνες*, quam fabulam superiore anno, quo Cratinus erat mortuus, docuerat: exhibuerat autem in ea hominum temulentorum convivium, qui nimio mero madidi et alias turbas dedisse videntur et vini dolium in tumultu diffregisse. Quos cachinnos putemus Athenienses sustulisse in lepidissimo invento, quo atrox malum, *τὸ τοὺς Λάκωνας ἐμβαλεῖν*, ad risum iocumque transferebatur: et quam bene cum ista Laconum invasione, quam ipse Cratinus spectaverat, coniungitur causa aegritudinis, quae vinosum Poëtam necavit. Sed non attinet commemorare quanta luce locus Aristophanis sic intellectus splendeat, quod

fugit neminem, sed ostendere eam interpretationem in reliquiis fabulae Platonicae aliquid habere praesidii. Itaque adscribam eximium *Laconum* fragmentum, quod post multas virorum doctorum curas etiamnunc corruptissimum exstat apud Athen. XV. p. 665. B. adscribam autem ut mihi videtur emendandum: *Καὶ περὶ τάξεως τῶν περιφορῶν πολλάκις ἐλέχθη καὶ περὶ τῶν μετὰ τὸ δεῖπνον ἐπιτελουμένων, — εἰπόντος τινὸς τῶν ἑταίρων τὰ ἐκ τῶν Λακώνων Πλάτωνος ἰαμβεῖα·*

Ἄνδρες δεδειπνήκασιν ἤδη σχεδὸν ἅπαντες. B. εὖγε.
A. Τί οὐ τρέχων σὺ τὰς τραπέζας ἐκφέρεις; ἐγὼ δὲ
Νίπτρον παρέξων ἔρχομαι. B. κἀγὼ δὲ παρακορήσων.
Σπονδὰς δ' ἔπειτα παραχέας τὸν κότταβον παροίσω.
A. Τὴν παῖδα τοὺς αὐλοὺς ἐχρῆν ἔχειν πάλαι προχείρους,
Καὶ προαναφυσᾷν. τὸ μύρον ἤδη παράχεον βαδίζων
Αἰγύπτιον, κᾆτ' ἴρινον· ςέφανον δ' ἔπειθ' ἑκάςῳ
Δώσω φέρων τῶν ξυμποτῶν. νεοκρᾶτά τις ποιείτω.
B. Καὶ δὴ κέκραται.

* *τὸν λιβανωτὸν ἐπιτιθεὶς εἶπε·*

Σπονδὴ μὲν ἤδη γέγονε καὶ πίνοντές εἰσι πόῤῥω,
Καὶ σκόλιον ᾖσαι, κότταβος δ' ἐξοίχεται θύραζε.
Αὐλοὺς δ' ἔχουσά τις κορίσκη Καρικὸν μέλος τι
Μελίζεται τοῖς συμπόταις, κἄλλην τρίγωνον εἶδον
Ἔχουσαν, εἶτ' ᾖδεν πρὸς αὐτὸ μέλος Ἰωνικόν τι.

Colloquuntur inter se duo servi, uti videtur, dum intus lautum convivium celebratur: alter modo egressus iubet conservum mensas auferre: tum inter se reliqua parant: triclinium converritur, fit libatio. Tibicina interim modos meditari iubetur: cottabus convivis affertur, unguenta, coronae, vina: incipit magna compotatio. Atque haec quidem in prima fragmenti parte narrantur: tum multa Athenaeus omittit, quae in suam rem non facerent, et redorditur narrationem

servus, qui domo exiens refert alteri, quae in triclinio vidisset. Cf. vs. 13. Iam omnes multo vino ebrii canendi finem fecerant, cottabus foras proiicitur, duae puellulae, altera tibiis, altera cantans ad trigonum madentes convivas oblectant.

Sed reddenda ratio est eorum, quae in constituenda lectione mutavimus. Primum inter colloquentes personas sermonem divisimus, quod miror neque Dindorfium fecisse in Athenaei editione, neque Meinekium in *Platonis Fragm.* pag. 637. sq. Vs. 3. Codd. *παραχέων εἰσέρχομαι.* vide Dind. et Meinek. ll. ll. Dedi *παρέξων ἔρχομαι*: nam hoc solum Graecum est, ut mox *παρακορήσων*: tum recepi Casaubonianum *νίπτρον* pro *λίτρον.* Omnino conferendi sunt cum h. l. versiculi Philyllii *ἐν Αὔγῃ* Athen. pag. 408. E.

Καὶ δὴ δεδειπνήκασιν αἱ γυναῖκες, ἀλλ' ἀφαιρεῖν
Ὥρα 'στὶν ἤδη τὰς τραπέζας, εἶτα παρακορῆσαι,
Ἔπειτα κατὰ χειρῶν ἑκάστῃ καὶ μύρον τι δοῦναι.

Vs. 5. 6. Libri: *τῇ παιδὶ τοὺς αὐλοὺς ἐχρῆν ἤδη προχείρους εἶναι Καὶ προσαναφυσᾷν*: difficultates gravissimas huius loci ostendit Porsonus Praef. ad *Hec.* pag. XL. sed nihil tentavit. Misere laborant numeri, neque ferri potest languidum istud *ἤδη*, quod Attici non ponunt in concitata oratione, sed *πάλαι iamdudum*, quod h. l. cessit glossemati. Conferri potest Aristoph. *ἐν Γεωργοῖς* ap. Poll. IX. 69.

Ἐξ ἄστεως νῦν εἰς ἀγροὺς χωρῶμεν· ὡς πάλαι δεῖ
Ἡμᾶς ἐκεῖ τῷ χαλκίῳ λελουμένους σχολάζειν.

et in *Lysistr.* vs. 54. sq.

Ἆρ' οὐ παρεῖναι τὰς γυναῖκας δῆτ' ἐχρῆν;
B. Οὐ γὰρ μὰ Δί' ἀλλὰ πετομένας ἥκειν πάλαι.

Tum ἔχειν post ἐχρῆν excidit, quo facto et εἶναι in fine accessit et τῇ παιδὶ rescriptum est ab aliquo, qui se sententiam et numeros putabat restituere. Quod sequitur προσαναφυσᾷν, quamquam est perineptum, patienter tulerunt Editores: sed reponendum erat, quod dedi προαναφυσᾷν, i. e. *praeludere tibiis*, quod se tuebitur similitudine verborum προαναβάλλομαι, et προανακρούομαι, de quo verbo vide Schaef. *Melet. Crit.* p. 13. sq. et conf. verbum ἐπαναφυσᾷν, quo utitur Arist. *Thesmoph.* vs. 1175. Sed non est locus inquinatior, quam qui legitur post vs. 8. *Καὶ δὴ κέκραται, τὸν λιβανωτὸν ἐπιτιθεὶς εἶπε*, quem Porsonus Praef. ad *Hec.* p. XLII. maluit lectoris ingenio et industriae emendandum relinquere. Tamen ipse expertus erat ingenium, et annotaverat sibi coniecturam, quam in eius *Miscell. Crit.* pag. 197. ediderunt amici: καὶ δὴ κέκραται, τὸ λιβανωτὸν ἐπιτίθει σιωπῇ. et addidit: »τὸ μὲν δὴ λιβανωτὸν τοῦτο ap. Herod. III. 110. in Ald. Suid. *Λιβανωτὸν καὶ Λιβανωτός*." Parum felix inventum non placuit Elmsleio, qui ἐπιτίθησιν ἡ παῖς volebat reponere. Vid. Dindorf. Sed neque hi, neque ceteri omnes, qui hunc locum attigerunt, Dindorfius, Meinekius, Hermannus in *Elem. D. M.* pag. 148. qui κᾆτα τὸν λιβανωτὸν ἐπίθες· εἶπε restituebat, suspicati sunt multo graviorem corruptelam subesse: nempe duo esse fragmenta longo spatio a se invicem dirempta, id quod loco diligenter explorato ausim pro certo affirmare. Nam qui fieri potuit ut simul cottabus et vina afferrentur (vs. 4. 8.) et convivae statim mero madidi (πόῤῥω πεπωκότες, vs. 10.) cantu et lusu satiati (κότταβος ἐξοίχεται θύραζε, vs. 11.) otiosi puellulas cantantes audirent. Nam notum nonnisi post mensas remotas moris fuisse coronas afferri, et

libationem fieri: tum compotationis fuisse initium: Plato *Symp.* pag. 176. A. Τοῦ Σωκράτους δειπνήσαντος καὶ τῶν ἄλλων (ἔφη) σπονδάς τε σφᾶς ποιήσασθαι καὶ ᾄσαντάς τὸν θεὸν καὶ τἄλλα τὰ νομιζόμενα τρέπεσθαι πρὸς τὸν πότον. ubi videndus nuperrimus interpres. Sed non opus est ea, quae perspicua sunt, uberius confirmare. Itaque certum est, Athenaeum post vs. 8. multa, quae ad suum propositum non facerent, omisisse, idque, ut solet homo diligens, verbo indicavisse: quare verba καὶ δὴ κέκραται Poëtae relinquenda censeo, pronuntiata ab aliquo servorum, quos ille iubet: νεοκρᾶτά τις ποιείτω: ut in *Pluto* Aristophanis vs. 413. iubenti Blepsidemo: Μή νυν διάτριβ', ἀλλ' ἄνυε πράττων ἕν γέ τι respondet Chremylus: καὶ δὴ βαδίζω, cf. *Thesm.* vs. 216. et alibi: in ceteris: τὸν λιβανωτὸν ἐπιτιθεὶς εἶπε, latent Athenaei verba, quibus media quaedam se omisisse moneat; et verisimile est nonnulla excidisse, quia ut in primis verbis loci Platonici vestigia exstare videntur (1), sic propemodum certum est εἶπεν esse ex ipsius Athenaei persona interpositum. Verba corrupta asterisco notavi, feliciori ingenio emendanda. Ad eandem compotationem

---

(1) Quam apte λιβανωτὸς in huiusmodi argumento commemoretur ostendunt hi loci prorsus similes. Alexis in *Philisco* ap. Athen. XIV. pag. 642. F.

ἀρτίον
Τράπεζαν, ἀπονίψαι δοτέον, προσοιςέος
Στέφανος, μύρον, σπονδή, λιβανωτός, ἐσχαρίς
Τράγημα δοτέον, ἔτι πλακοῦντος ἀπτέον.

et Nicostratus ibid. XV. pag. 685. D.

Κόσμησον αὐτὴν παντοδαποῖς τραγήμασι
Μύρον, στεφάνους, λιβανωτὸν, αὐλητρίδα λαβέ.

referendus est alius locus apud Athen. IX. p. 380. E. ποῦ κεῖται τὸ παραφέρειν. — Ἀριςοφάνης ἐν Προαγῶνι·

Τί οὐκ ἐκέλευσας παραφέρειν τὰ ποτήρια;

— καὶ Πλάτων δ' ἐν Λάκωσιν ἔφη·

πάσας παραφερέτω.

ubi κύλικας supplendum vere monuit Meinekius *F. C.* p. 641. Cf. Schaef. ad L. Bosii *Ell.* pag. 240.

Iam autem hanc fabulae Platonicae particulam si quis ad Aristophanis locum adhibeat, probabili coniectura utramque rem egregie coniungi posse haud difficulter, opinor, perspiciet. Nam illud dolium, ex quo vinum misere diffluens spectaverat Cratinus, non temere suspiceris in turba esse diffractum ab iis, quorum temulentum convivium Plato in *Laconibus* exhibuerat. Convivas bene potos esse refert servus vs. 10. (πίνοντές εἰσι πόῤῥω, quocum apposite Platonis locum *Symp.* 176. D. οὔτε αὐτὸς ἑκὼν εἶναι πόῤῥω ἐθελήσαιμ' ἂν πιεῖν, οὔτε ἄλλῳ συμβουλεύσαιμι contulit Meinek. *F. P. C.* p. 639.) hinc insecuta iurgia, convicia, tumultum: tum in eo strepitu et alia vasa et dolium vino repletum a tumultuantibus disiecta et fracta esse, atque eo respexisse Aristophanem facilis est suspicio, quam ostendisse contentus acutioribus, si cui forte placuerit, nunc quidem ornandam et confirmandam lubens relinquo.

Ex ceteris *Laconum* fragmentis, quae paucissima sunt, nihil ad cognoscendum argumentum elici potest. Unum, quia pessime habitum est, obiter attingam. Schol. ad Arist. *Aves.* 471. Ὁ Κωμικὸς Πλάτων καὶ ἀναβιῶσαι (-βιῶναι) αὐτόν (*Aesopum*) φησιν ἐν τοῖς Λάκωσιν οὕτως· καὶ μὴν ὅμοσόν μοι μὴ τεθνᾶναι (*sic*)

ψυχὴν δ' αὖ ἥκειν ὥσπερ Αἰσώπου ποτέ. Auctius legitur ad *Vesp.* 1298. (1251.) *καὶ νῦν ὀμοσόν μοι μὴ τεθνάναι τὸ σῶμα ἐγὼ ψυχὴ δ' ἀπὸ νίκης ὥσπερ Αἰσώπου ποτέ* et sic Suidas. Varias criticorum coniecturas in Fragmentorum editione enumerabo. At mihi quidem sic scriptus et divisus fuisse locus videtur:

> *Καὶ μὴν ὀμοσόν μοι μὴ τεθνάναι. Β. τὸ σῶμά γε,*
> *Ψυχὴ δ' ἐπανήκεν, ὥσπερ Αἰσώπου ποτέ.*

nisi forte in fine rectius *ὥσπερ ἡ Αἰσώπου ποτέ* per synizesin pronuntianda coniecit T. Burgessius in Praef. ad Dawes. *Misc. Crit.* p. XIII. Scilicet conspicit nescio quis repente aliquem, quem crediderat mortuum: oculis diffidit et inani specie se putat ludi. Festivitate comica petit, ut iureiurando sibi faciat fidem, se mortuum non esse. Iocosa gravitate alter: *corpus certe meum fuit mortuum, at animus, ut olim Aesopi, reversus est* et sic vivo. E fabulae titulo *Λάκωνες ἢ Ποιηταί* poëtae alicuius ex Orco redeuntis verba esse putaveris: sed haec nimium incerta sunt.

Denique si recte coniecimus in Aristophanis loco Platonis *Lacones* salse notari, sequitur anno ante *Pacem* doctam esse, Olymp. LXXXIX. 2, quo tempore obiisse Cratinum satis certum est: neque dubitari potest, quin eiusmodi dicterio illa tantum comoedia irrideri potuerit, cuius recens esset apud spectatores memoria: quo fiebat ut quae nobis olim sint obscurissima, eo tempore ab omnibus statim intelligerentur.

Dixi etiam in *Vespis* esse locum, qui eadem luce possit illustrari. Legitur vs. 58. sqq.

> *Ἡμῖν γὰρ οὐκ ἔς' οὔτε κάρυ' ἐκ φορμίδος*
> *Δούλω παραῤῥιπτοῦντε τοῖς θεωμένοις,*
> *Οὔθ' Ἡρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος.*

ubi perstringi aequales comicos poëtas recte monet Scholiasta: *ποιοῦσι δὲ τὸν Ἡρακλέα τοῦ γελοίου χάριν κεκλημένον εἰς δεῖπνον καὶ δυσχεραίνοντα διὰ τὸ βραδέως αὐτῷ παρατιθέναι (-τίθεσθαι) τὰ ὄψα:* sed idem neque *ἐξαπατώμενος* recte explicuit, sed proverbium *Ἡρακλῆς ξενίζεται Lysistr.* 927. in animo habuisse videtur, neque vidit fabulae recens actae illepidum argumentum rideri. In superioribus pag. 45. sq. nonnulla diximus de his argumentis, in quibus Hercules multa iocularia faciens primas agebat: quae quum sua aetate multum ferverent, suis praeclaris inventis turpiter conticuisse gloriatur Aristophanes in *Pac.* vs. 741. quos versus ante apposuimus. Hinc certum est in loco *Vesparum* istiusmodi iocos ineptos, quos poëta aemulus brevi ante luserat, aspere notari. Induxerat autem ille Herculem, qui coena avide exspectata per fallacias fraudaretur: nam hoc erat *τὸ δεῖπνον ἐξαπατᾶσθαι:* quod iocose *παραδειπνεῖσθαι* dicebant Attici, vid. Athen. X. p. 423. A. Atque ipsum illud argumentum in Platonis fabula, quae *Ζεὺς Κακούμενος* vocabatur, exhibitum esse videor mihi e fragmentis clare perspicere: quamobrem, si hoc evicero, non inepte Platonem in *Vespis* illudi conficere licebit.

Apponam igitur locos fabulae, unde res appareat. Atthen. XV. p. 666. D. *Πλάτων δ' ἐν Διὶ Κακουμένῳ παιδιᾶς εἶδος παροίνιον τὸν κότταβον εἶναι ἀποδίδωσιν, ἐν ᾗ ἐξίζαντο καὶ τῶν σκευαρίων οἱ δυσκυβοῦντες· λέγει δ' οὕτως·*

Πρὸς κότταβον παίζειν, ἕως ἂν σφῷν ἐγὼ
Τὸ δεῖπνον ἔνδον σκευάσω, πάνυ βούλομαι.
* *'Αλλ' ἄνεμος ἐγάλεις θυΐαν παῖς τεόν,*
Φέρε τὴν θυείαν, αἶρ' ὕδωρ, ποτήρια

Παράθετε. *Ἡρακλῆς.* *παίζωμεν δὲ περὶ φιλημάτων.*
— — *Α.* *Ἀγεννῶς οὐκ ἐῶ*
Παίζειν. τίθεμαι κοττάβεια σφῷν ἐγὼ
Τασδί τε τὰς κρηπῖδας, ἃς αὕτη φορεῖ
Καὶ τὸν κότυλον τὸν σόν. *Ἡρ.* *Βαβαιάξ. οὑτοσὶ*
Μείζων ἀγὼν τῆς Ἰσθμιάδος ἐπέρχεται.

Non multum extricavit ex his verbis Iacobs. in *Animadv. in Eurip. Tragoed.* p. 186. ubi ait: (Plato) *coquum induxerat, qui dum ipse cibos pararet, convivas, ut cottabo tempus fallerent, adhortabatur.* Nam si quis contulerit vicinum Athenaei locum pag. 667. B. *Ἀγκυλοῦντα γὰρ δεῖ σφόδρα τὴν χεῖρα εὐρύθμως πέμπειν τὸν κότταβον, ὥς Δικαίαρχός φησι καὶ Πλάτων δ' ἐν τῷ Διὶ τῷ Κακουμένῳ· παρακελεύεται δέ τις τῷ Ἡρακλεῖ μὴ σκληρὰν ἔχειν τὴν χεῖρα μέλλοντα κοτταβίζειν*, luculenter apparebit coquum istum sive *πορνοβοσκόν* (quod ex tota narrationis serie est verisimilius), ad quem devenerat Hercules, invitare istum ut cum puellula, quam deperibat. (vid. vs. 5.) cottabo ludens coenam, quam mox paraturus sit, hilare exspectet. Solum adesse cum meretricula helluonem deum, satis ostendit *σφῷν* (vs. 1. et 7.) Tum diligenter animadvertendum est, quod scribit Athenaeus: *ἐν ᾗ ἐξίσαντο τῶν σκευαρίων οἱ δυσκυβοῦντες*, respiciens quae scripserat Poëta in sequentibus versibus: nempe damno suo sensit Hercules, opinor, quam esset temerarium si quis omnis dexteritatis expers, positis pignoribus, cum exercitata meretricula lusu cottabi contenderet. Astute autem iste, quem lenonem esse nunc, credo, apparet (Cf. Arist. *Ran.* vs. vs. 113.), stupidum hominem de osculis certare vetat, inhians *σκευαρίοις*, quae sola, uti videtur, deo minime pecunioso poterant emungi.

Iam autem videamus ecquid utrique fragmento, multis etiamnunc maculis inquinato, prodesse possimus. In vs. 2. neminem offendisse mirum est: nam urbanitas Attica invitationis rusticitatem, quae inest in verbis *πάνυ βούλομαι*, nullo pacto ferre potuit. Quid, si Poëta dederit in hunc modum:

A. (*θέλεις*)
Πρὸς κότταβον παίζειν, ἕως ἂν σφῷν ἐγὼ
Τὸ δεῖπνον ἔνδον σκευάσω; Ἡρακλ. πάνυ βούλομαι.

Conf. Arist. *Plut.* 1855. *Βούλει διὰ χρόνου πρός με παῖσαι;* et alibi. Vs. 3. exhibui librorum quantumvis corruptam lectionem: nam quae dudum eius locum occupat coniectura Hermanni: *Ἀλλ' ἃ νόμος ἔς'; B. ἀλλ' εἰς θυείαν παιςέον*, me non intelligere non pudet fateri. Non significat certe, quod extudit Meinekius in *Fragm.* p. 631, ubi scribit: *Interroganti personae B. an adsint, quae ludi usus requirat, servus respondet mortario utendum esse pro vasculo, in quod latax iactabatur.* Tentaverat aliam coniecturam Iacobsius l. l. p. 186. *Ἀλλ' ἄγε, δὸς ὡς τάχιςα θυείαν παιςικόν.* Sed praestare putavi lectiones codicum aliorum ingenio emendandas relinquere. Lacunam in vs. 5. explendam esse conieci his verbis:

Ἡρακλ. Παίζωμεν δὲ περὶ φιλημάτων.
B. (*Ἰδοὺ φιλημάτων*,) *ἀγεννῶς οὐκ ἐῶ Παίζειν.*

Irridet leno Herculis mulierosi lubidinem: notissimum autem est *ἰδού* ineptum dictum salse cavillantis. Arist. *Equitt.* 702. sq. *Ἀπολῶ σε νὴ τὴν προεδρίαν τὴν ἐκ Πύλου. B. Ἰδοὺ προεδρίαν.* *Ran.* 1204 sq. — *δείξω σ' αὐτίκα. B. Ἰδού, σὺ δείξεις.* *Nub.* 870, 872. *Αὐτὸς τρίβων εἴης ἄν, εἰ κρέμαιό γε*, cui Socrates: *Ἰδοὺ κρέμαι', ὡς ἠλίθιον ἐφθέγξατο.* Cf. ibid. 816, 1470. *Pac.* 197. *Lysistr.* 851. et

alibi saepe. Simul apparet, quare ista verba exciderint. Eiusdem generis est coniectura Dobraei: *ποίων φιλημάτων;* sed *ποῖος* sic positum est indigne ferentis, vid. *Lysistr.* 730. *Acharn.* 157. alibi. Negat decere deum leno de osculis contendere eo consilio, quo diximus: nam moris erat, ut sic luderetur: vide Callippi et Eubuli locos apud Athen. ibid. pag. 668. C. Neque aliter Sophocles *ἐν Σαλμωνεῖ*, Athen. XI. p. 487. D.

Τάδ' ἔϛι κνισμὸς καὶ φιλημάτων ψόφος,
Τῷ καλλικοτταβοῦντι νικητήρια.

Denique in vs. 7. laborant numeri, cui malo Schweighauserus sic mederi volebat, ut *δέ* post *τίθεμαι* interponeretur, quod Meinekium probare video. Sed laborat graecitas, quam si correxeris, eadem opera expleveris numeros in hunc modum:

Παίζειν. τίθημι κοττάβεια σφῷν ἐγώ,

nam qui non sibi ponit pignora sed aliis, non *τίθεται κοττάβεια*, sed *τίθησιν.* Reliqua integra sunt et perspicua: de ultimis vid. Casaub. pag. 945.

Faciendum etiam periculum est, si forte in altero loco Poëtae verba restituere possimus. Videmus Herculem, indocilem discipulum, novum artificium aegre discentem. Minus recte autem viri docti Porsonus, Meinekius, Fritzschius omnia haec: *μὴ σκληρὰν ἔχειν τὴν χεῖρα· μέλλοντα κοτταβίζειν*, Platonis esse crediderunt, numeris soluta, quos facili negotio revocarunt alii aliter. Sed perspicuum quidem est *μέλλοντα κοτταβίζειν* ab ipso Athenaeo esse, et inepte abundare, si dicantur ab ea puella, quae obtusi ingenii deum docet. Sed omnia ipsius Athenaei verba sunt, explicantis locum Platonicum, qui latet in superioribus sic restituendis:

— — ἀγκυλοῦντα δεῖ σφόδρα
Τὴν χεῖρα, πέμπειν εὐρύθμως τὸν κότταβον.

nam advertit in iis nescio quid numerosum et dictio exquisitior, et utitur Athenaeus iis verbis, ut videatur dicere Dicaearchum ipsum Platonis locum adhibuisse: quod in eum optime convenit, quum notum sit, quam lubenter Comicorum testimoniis utatur. Quo successu Hercules luserit, et per se satis intelligitur, et duobus fabulae locis, quae ad eandem rem trahenda videntur, apparere potest. Athen. XI. pag. 478. E. *Πλάτων ἐν Διὶ Κακουμένῳ τὸν κότυλον φέρει φησίν.* nempe dicuntur haec de puella, cui primum pignus, quod posuerat Hercules, (vid. vs. 9. fragmenti praecedentis,) victrici cesserat. Neque in reliquis feliciorem fuisse, conficias ex Schol. Luciani ad libr. *De merc. conduct.* § 21. T. I. pag. 677. Hemst. *ἐπὶ Μανδραβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα] παροιμία κατὰ τῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον προκοπτόντων ἀεί.* — Addunt Codd. Marcian. et Barocc. *Μέμνηται Πλάτων ὁ Κωμικὸς ἐν Διὶ Κακουμένῳ.* nam potuit in sese illud proverbium egregie accommodare Hercules, quum imperite ludens omnibus deinceps suis exueretur, factusque continuis damnis incitatior identidem spe et conatu turpius excideret. Tandem spoliatum fere omnibus, cruciatum fame, eiectum foras suspicari licet e fragmento, sed emendato, quod nunc ineptissimum sic legitur apud Athen. III. pag. 119. B. *καὶ ἀρσενικῶς ὁ τάριχος λέγεται παρ' Ἀττικοῖς. — Πλάτων Διὶ Κακουμένῳ·*

Ὅσθ' ἅττ' ἔχω ταῦτ' ἐςι· ταρίχους ἀπολέσω,

de quo loco quae viri docti excogitaverunt adeo frigent, ut ipsis placuisse mirer. Hanovius enim in *Exercitt. Crit.* pag. 117. sic verba refinxit:

Ἴλοθ' ἅττ' ἔχω ταῦτ'. ἐςὶ. ταρίχους ἀπολέσας.

namque complures res cum habuisset aliquis, salsamentis abiectis, ἅττ' ἔχω, ταῦτ' ἐςὶ dicit. Meinekius in *Fragm*. pag. 633. praestare opinatur:

Ἴλοθ' ἅττ' ἔχω ταῦτ' ἐςὶ, ταρίχους δ' ἀπολέσω;

Haec igitur omnia sunt, quae habeo, salsamentis autem privabor? tum ἀπολέσω coniunctivum esse. Post huiusmodi certe commenta locus erit, ut spero, huic coniecturae meae:

Ἴλοθ' ἅττ' ἔχω, ταῦτ' ἐς ταρίχους ἀπολέσω.

Itaque quidquid habeo, id omne in salsamenta profundam: quod dictum est ab eo, qui abliguritis fere omnibus cruciatus fame quidquid sibi superest ad emendum cibum vilissimum perdendum exclamat. Notus est usus, quo ἐς ταρίχους significat *ad emenda salsamenta*. Arist. *Plut*. 982. sqq.

Ἀλλ' ἀργυρίου δραχμὰς ἂν ᾔτησ' εἴκοσιν
Εἰς ἱμάτιον, ὀκτὼ δ' ἂν εἰς ὑποδήματα.

et alibi saepe. Salsamenta cibus erat servulorum, rusticorum et vilissimorum hominum (vide Arist. *Equitt*. vs. 1244. Theophr. Περὶ ἀγροικίας, ibique Casaubonum) atque adeo minimo pretio constabat, unde proverbium: ταρίχους ἀξιώτερος apud Arist. *Vesp*. vs. 489. de re vilissima. Et significanter dictum est ἀπολέσω, *disperdam, proiiciam, prodigam*, quia homo, quod superest, id omne enectus fame est impensurus. Plane gemellum est, quod habet Arist. *Nub*. vs. 859. Ὥσπερ Περικλέης, εἰς τὸ δέον ἀπώλεσα. Nolim tamen diffiteri, mihi semper istud ἀπολέσω visam esse formam, quam Platonis aequales non patienter tulissent: eamque praeterquam hoc loco, et item in altero Platonis fragmento apud

Meinek. p. 621., nusquam mihi lectam esse. Ac Meinekius quidem in Platone, ut *cuius oratio passim a severa Atticismi lege desuescat*, ferendum arbitratur: mihi contra, ut Hanovio l. l. et aliis, videtur futurum ὀλέσω, quemadmodum ex aliquot Aristophanis locis recte iamdudum expulsum est, sic etiam ex Platone esse expellendum: quod quomodo fieri possit viderint acutiores.

Iam satis probabile est, opinor, famelicum istum hominem esse Herculem, qui postquam sperata coena excidit, exutus propemodum omnibus, latrantem stomachum salsamentis placare coactus est. Atque haec si probabiliter disputata sunt, apparebit, quid Platoni extorserit acerbam et odiosam reprehensionem, qua praeclaram fabulam arrosit. Sed nemo, opinor, facile crediderit Aristophanem, nisi lacessitum aemuli maledicentia, his mordacibus facetiis usurum fuisse. Non est viri ingeniosi, quibus se excellere sentiat, eos ultro conviciis lacessere: imo contra qui sunt minori ingenio, quem aequiparare se posse desperent, solent lividis rodere dentibus. Quare quum sit verisimillimum, a Platone iam ante esse aliquod contumeliosius in Aristophanem iactatum, fortasse recte huc referemus dictum quoddam eiusdem, quod hucusque aliter intellectum multum negotii viris doctis facessivit. Adscribam primum veterum locos, qui ad hoc argumentum pertinent. Suidas v. *Ἀρκάδας μιμούμενοι: παροιμία ἐπὶ τῶν ἑτέροις πονούντων. Οἱ γὰρ Ἀρκάδες μαχιμώτατοι Ἑλλήνων γενόμενοι, ἰδίᾳ ἐνίκησαν μὲν οὐδένα, ἑτέροις δὲ συμμαχοῦντες πολλούς. Ταύτῃ τῇ παροιμίᾳ κέχρηται Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ, διὰ γὰρ τὸ τὰς κωμῳδίας αὐτὸς ποιῶν ἄλλοις παρέχειν διὰ πενίαν Ἀρκάδας*

μιμεῖσθαι ἔφη. Eadem fere, e Suida in Arsenii *Violetum* pag. 76. Walz. recepta, affert Meinekius *H. C. C.* pag. 163. Disputavit de hoc loco Naekius in *Ind. Praelectt. Acad. Bonn.* 1833. (quem mihi libellum vir praeclarus dono dedit Bonnam visenti) multosque Grammaticorum locos de eodem argumento scriptos attulit, e quibus non praetereundus Eustathius est, qui ad Il. pag. 302, 30. sic scribit: ὅθεν καὶ Πλάτων ὁ Κωμικὸς διὰ τὸ τὰς κωμῳδίας (φησὶν) αὐτὸς ποιῶν ἄλλοις ἐκδιδόναι διὰ πενίαν Ἀρκάδας μιμεῖσθαι ἔφη. Dubitaverat autem Meinekius in *Quaestt. Scen.* II. pag. 12. utrum haec de ipso Platone essent accipienda, qui inopia pressus suas fabulas alii vendidisset: an *forte male intellexerit Suidas poëtae verba, ut non de semet ipso sed de alio poëta comico, fortasse Aristophane, haec Platonem dixisse* statuendum esset (1). Illam sententiam amplexus est Naekius, eamque Meinekio sic probavit, ut alterum illud, *mirum errorem* scilicet, *explodendum* esse ultro pronuntiaret in *H. C. C.* pag. 162. Nolim vir de Comicorum reliquiis egregie meritus inique ferat, si umquam mea inspecturus est, modeste dissentientem, quod neque Naekium, si vixisset, facturum fuisse facile mihi persuadeo. Nempe mihi quidem prope certum est, Platonem his verbis non flebiliter de suae sortis iniquitate conqueri, sed conviciari aemulo poëtae, qui iners et pusilli animi, quas ipse scripserat comoedias, largiretur aliis, qui

(1) Ioculare Rankii commentum in *vit. Arist.* pag. ccx. sqq. leg. esse ἐπὶ Πεισάνδρῳ, et locum de ipso Pisandro esse accipiendum, qui sordida avaritia comoedias a se scriptas pretio aliis venderet, eiusmodi est, ut serio refutari nequeat.

alienis versibus laudem et victoriam adipiscerentur; hunc autem esse Aristophanem, qui initio timidus per alios poëtas suas fabulas docuerat, iisque reportatae victoriae laudem socors, ut plerisque videbatur, concesserat. Sed videamus diligenter de singulis. Si Plato de semet ipso locutus est, subest haec, iudice Meinekio, sententia: Platonem fabulas suas aliis poëtis dedisse docendas, ut Aristophanes Philonidi et Callistrato, alii aliis: »*quae quum egregie placuissent et primum, si forte, praemium meruissent, postea in Parabasi Pisandri verum causae statum exposuerat,* Sic vos non vobis, *inquit*, vellera fertis oves." Sed male cum Aristophane conferri Platonem, apparet e verbis Grammaticorum *παρέχειν διὰ πενίαν* et *ἐκδιδόναι διὰ πενίαν*, i. e. Poëtam, ut haberet, unde viveret, comoedias *pretio aliis vendidisse:* quod quam absurdum sit non fefellit Naekium pag. IV., qui ex infelici Grammaticorum coniectura istud *διὰ πενίαν* natum esse suspicatus est. Sed quamvis haec verba istis deberi concedatur, nihildum mutatur sententia: nam qui suos labores *largitur* aliis, quomodo, quaeso, *mercedis causa militantes* dici potuit imitatus? Verum istam mercedem urgendam esse negant, sed victorias, quas bellicosum Arcadum genus sibi nullas, at aliis opitulantes multas reportasse dicebatur. Quod ut in Arcadibus excusari possit, tamen poëtae contumeliosum est, qui quum posset suo Marte gloriam consequi, maluit auspiciis aliorum militare iisque victoriae famam ultro permittere. Deinde qui fieri potuit, ut poëta, quae prius amicis poëtis dederat ut pro suis uterentur, eadem mox, ubi placuisse populo intellexit, impudenter sibi arrogaverit ipsi? quod eiusmodi est, ut non

solum iis, quibus ultro dederat, afferat contumeliam, sed maxime ipsi sit flagitiosissimum, qui quum in certamen non ausus esset descendere, partam aliena opera gloriam sordide ad sese traxerit. Neque id Athenienses aequis animis laturos fuisse credibile est, quum ridere solerent, qui aliena venditabant pro suis, neque multum admirarentur, qui per alios sua timidus proferebat. Schol. Arist. *Ran.* 78. de Iophonte, Sophoclis filio: *ἐπὶ τῷ ταῖς τοῦ πατρὸς τραγῳδίαις ἐπιγράφεσθαι κωμῳδεῖται.* Hermippo idem vitio datum est: Schol. Arist. *Av.* 750. et ad *Ran.* 13. *κωμῳδεῖται — ὡς ἀλλότρια λέγων.*

Apparet igitur, quas sordes optimo poëtae imprudentes obiiciant, qui eius ipsius fabulas intelligendas esse voluerunt. Videamus an melius res cessura sit, si Aristophanem, quem rodere vellet, his verbis perstringi ponamus.

Hic igitur, ubi primum animum ad scribendum appulit, sibi diffidens ingeniosas fabulas aliis poëtis dedit docendas. Lubet apponere locum eximium ex Parabasi *Vesparum* 1017. sqq.

Ἀδικεῖσθαι — φησὶν πρότερος πόλλ' αὐτοὺς εὖ πεποιηκὼς,
Τὰ μὲν οὐ φανερῶς, ἀλλ' ἐπικουρῶν κρύβδην ἑτέροισι
Μιμησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν καὶ διάνοιαν, (ποιηταῖς,
Εἰς ἀλλοτρίας γαστέρας ἐνδὺς κωμῳδικὰ πολλὰ χέασθαι.

et e *Nubibus* 530. sq.

Κἀγὼ, παρθένος γὰρ ἔτ' ἦν κοὐκ ἐξῆν πώ μοι τεκεῖν
Ἐξέθηκα, παῖς δ' ἑτέρα τις λαβοῦσ' ἀνείλετο.

Satis apparet ex *οὐ φανερῶς, κρύβδην*, et ex lepida Euryclis et clandestini partus similitudine, sine auctoris nomine ea carmina populo exhibita fuisse, eumque, qui nomen dederat, tulisse honores. Nam primam fabulam

Δαιταλεῖς ingenti omnium plausu et admiratione esse exceptam, iterum ab ipso audiamus in *Nubium* Parabasi 528. sq.

Ἐξ ὅτου γὰρ ἐνθάδ' ὑπ' ἀνδρῶν, οἷς ἡδὺ καὶ λέγειν,
Ὁ σώφρων τε χὠ καταπύγων ἄριστ' ἠκουσάτην,
Ἐκ τούτου μοι πιστὰ παρ' ὑμῖν γνώμης ἔσθ' ὅρκια.

Neque tamen ea victoria impulit Poëtam ut ex sua persona fabulam in certamen committeret, sed eadem sive timiditate dicamus sive prudentia usus est in *Babyloniis*, quam anno post scripsit, et mirantibus omnibus (cf. *Pac.* vs. 513.) tertiam fabulam anno tertio item amico poëtae dedit exhibendam. Tandem, elaboratis *Equitibus* sibi ipsi chorum petiit,

φανερῶς ἤδη κινδυνεύων καθ' ἑαυτὸν
Οὐκ ἀλλοτρίων, ἀλλ' οἰκείων Μουσῶν στόμαθ' ἡνιοχήσας.

Vesp. 1021. sq. Sed mox ad institutum rediit, nec nisi rarissime fabulae ex sua persona docendae laborem in sese suscepit. Nam praeter *Equites*, *Pacem* et *Plutum* reliquas aut Callistrato, cui tres primas donaverat, eum dedisse e Didascaliis constat, ut *Aves* et *Lysistratam*, aut Philonidi, *Nubes*, *Vespas*, *Ranas*. Eandem rationem in deperditis fabulis secutum esse cautum poëtam et per se satis certum est, et in nonnullis veterum auctoritate confirmatur. Ultimas filio Araroti, quem sic commendare populo voluit, dedisse narratur in Argum. *Pluti: τὸν υἱὸν Ἀραρότα συστῆσαι τοῖς θεαταῖς βουλόμενος, τὰ ὑπόλοιπα δύο δι' ἐκείνου καθῆκε, Κώκαλον καὶ Αἰολοσίκωνα.* Multum tamen falleretur, qui ex his locis conficeret, latuisse spectatores, cuius auctoris fabula alieno nomine ageretur; nam scite commissae fabulae laudem cessisse *χοροδιδασκάλῳ*, inventionis autem et poëseos ad ve-

rum auctorem referri solitam fuisse dubitari non potest. Neque diversa fuit ratio comoediarum, quas iuvenis scripsit: scilicet non secus in *Acharnensibus* aut *Vespis* ex sua ipsius persona de se rebusque suis cum spectatoribus agentem videmus, quam in iis fabulis, quas docuit ipse: vide *Acharn.* vs. 377. sqq. 628. sqq. *Vesparum* Parabasin vs. 1015. sqq. Cuius rei causa in promtu est. Potuit nempe in primis fabulis auctor latere; sed statim post commissos in scenam *Babylonios* et atroces Cleonis criminationes nomen Aristophanis ad omnes pervenisse palam est, eundemque Poëtam in sequentibus fabulis nullo negotio spectatores agnoscebant. Si quem autem mirari subit, quomodo Poëtae, quorum auxilio et opera Aristophanes uteretur, satis tenui laude eleganter actae fabulae alienae potuerint acquiescere, reputet velim, quales hi Poëtae fuerint, qui alienas Musas, haud secus atque histriones, in scenam producebant. Nempe obscuri homines, qui quum suis versibus non facile famam essent consecuturi, haud illubenter in exhibendis praeclarorum Poëtarum carminibus occupabantur, unde et nomen aliquod et saepe victoriae honores et gaudia capiebant. Neque Callistrati ulla exstat memoria, neque Demostrati, praeterquam quod Aristophanis et Eupolidis aliquot fabulas docuerunt. Philonidis commemorantur pauca: vide Hanov. *Exercitt. Crit.* cap. 1. et Meinek. *H. C. C.* pag. 102. sqq. sed non is erat, qui cum aequalibus Comoediae principibus satis feliciter contenderet; quamobrem plures Aristophanis fabulas eum egisse quam suas, nihil est quod miremur.

Hanc tamen Aristophanis modestiam aequales Comici, quorum laudi maximopere officiebat, saepius mor-

daci ioco exploserunt. Quum nihil aliud, opinor, quod invisum aemulum male ureret ad manum esset, illud ipsum arripuerunt, ut pusilli animi eum arguerent, qui suorum inventorum honores patienter aliis concederet. Auctor *vit. Aristoph.* pag. xxxv. *Εὐλαβὴς δὲ σφόδρα γενόμενος τὴν ἀρχὴν, ἄλλως τε εὐφυὴς, τὰ μὲν πρῶτα διὰ Καλλιςράτου καὶ Φιλωνίδου καθίει δράματα. διὸ καὶ ἔσκωπτον αὐτὸν Ἀριςώνυμός τε καὶ Ἀμειψίας, τετράδι λέγοντες αὐτὸν γεγονέναι, κατὰ τὴν παροιμίαν, ὡς ἄλλοις πονοῦντα. ὕςερον δὲ καὶ αὐτὸς ἠγωνίσατο.* Conferenda sunt quae scribit eruditus Platonis Commentator ad *Apol.* p. 19. pag. 331. Bekk. *Ἀριςώνυμος δ' ἐν Ἡλίῳ ῥιγοῦντι καὶ Σαννυρίων ἐν Γέλωτι τετράδι φασὶν αὐτὸν γενέσθαι, διὸ* [l. *διότι*] *τὸν βίον κατέτριψεν ἑτέροις πονῶν. Οἱ γὰρ τετράδι γεννώμενοι* (*αὐτοί* videtur add.) *πονοῦντες ἄλλοις καρποῦσθαι παρέχουσιν, ὡς καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ πρώτῃ περὶ ἡμερῶν ἱςορεῖ. ταύτῃ δὲ καὶ Ἡρακλῆ φασι γενέσθαι.* Conferat mihi aliquis cum his locum Zenobii Cent. VI. 7. *Τετράδι γέγονας*] *παροιμία. τὸν Ἡρακλέα γάρ φησι* [*φασι*] *τετράδι γεννηθῆναι καὶ ἔνδοξον ὄντα καὶ ἐπιφανέςατον ἄλλῳ ταλαιπωρεῖν. Ἔςιν οὖν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἄλλοις πονούντων. μέμνηται ταύτης Πλάτων ὁ Κωμικός.* Cf. Suidas et Photius v. *Τετράδι γέγονας*, ubi Platonis mentio omissa est. Cum his igitur componendus est locus Suidae, de quo agimus, *Ἀρκάδας μιμούμενοι: παροιμία ἐπὶ τῶν ἑτέροις πονούντων. — διὰ γὰρ τὸ τὰς κωμῳδίας αὐτὸς ποιῶν ἄλλοις παρέχειν διὰ πενίαν Ἀρκάδας μιμεῖσθαι ἔφη.* Cf. Zenob. II. 59. Diogen. I. 29. ubi legitur *Ἀρκάδας μιμούμενος*. Non potest, quin insignis horum locorum inter se similitudo omnes advertat; neque temere, opinor, rationem concludas,

Platonis verba eandem continere criminationem, quam Amipsias, Aristonymus et Sannurion (quin etiam alicubi ipse Plato) usi alio proverbio, in inimicum Poëtam iactaverunt. Prorsus eandem autem subesse utrique proverbio sententiam clarum est: quare, qui alterutrum dictum in irrisione posuit, non potuit uti altero in eam sententiam, quam viri docti voluerunt.

Itaque si hoc conceditur, non multum repugnandum videtur, quin Platonis istam cavillationem ad Aristophanem trahendam esse statuamus: scilicet haud secus, quàm Amipsias, Aristonymus et Sannurion, iniquissime ferens sua semper prae Aristophanis carminibus populo sordescere, arripuit, quod isti putidae inertiae notam inurere posse videretur.

Sed non praetereunda est gravissima difficultas, quae hanc interpretationem sine controversia reiiciendam esse prope clamare videtur. Nempe *αὐτὸν ποιοῦντα* oportuisse scriptum esse: quae res ita movit Meinekium, Rankium *de vit. Arist.* p. ccxi., et Naekium, ut sine mora rem diremtam esse sibi persuaderent. Sed superest aliquid, quod, si verum est, omnem scrupulum poterit eximere. Animadvertendum erat in Eustathii loco: *διὰ τὸ τὰς κωμῳδίας* (*φησὶν*) *αὐτὸς ποιῶν ἄλλοις ἐκδιδόναι* (*παρέχειν* Suid.) *διὰ πενίαν Ἀρκάδας μιμεῖσθαι ἔφη*, verbum *φησίν*, unde facilis nascitur suspicio, ipsius Poëtae verba subesse, in hunc fere modum componenda:

— — *αὐτὸς κωμῳδίας*
Ποιῶν εἶτ' ἄλλοις παρέχων Ἀρκάδας μιμούμενος.

quae perscripta versibus Eupolideis in Parabasi e Poëtae persona pronuntiari palam est. Simul apparet *διὰ πενίαν* Grammaticorum coniecturae deberi, et quod

recepi *Ἀρκάδας μιμούμενος* legitur apud Paroemiographos. Hos autem versus non ex integra fabula, sed e veteribus Grammaticis excerptos, quum in orationem indirectam converterent, rati sunt ad ipsum Poëtam pertinere: qualis error in antiquo Critico vix credibilis, aequo animo ferri potest in Eustathio, parum diligenti nec acuto scriptore; Suidae et Arsenio, qui ex eo sapit, quid tribuendum sit, nemo ignorat. Facere potest locus sic restitutus ad indagandum tempus, quo fabulam *Πείσανδρος* Plato docuerit; sed attingemus hoc in iis, quae de hac fabula deinde disputabimus. Eadem de causa etiam aliud simultatis inter utrumque poëtam indicium, quod exstare suspicor in *Nub.* vs. 558. sq.

> *Ἄλλοι τ' ἤδη πάντες ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον,*
> *Τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων τῶν ἐμῶν μιμούμενοι.*

adhibebimus in sequentibus ad confirmandam coniecturam de Platonis fabula *Ὑπερβόλῳ*, quam Aristophanem hoc dicto explodere probabile est.

Denique ex his omnibus facile apparet fragmentum *Παιδαρίου* ap. Schol. Arist. *Pac.* 733., qui agens de Parabasi haec attulit: *Πλάτων ἐν τῷ Παιδαρίῳ·*

> *Εἰ μὲν μὴ λίαν ⏑ ⏑ – ὦ ἄνδρες, ἠναγκαζόμην*
> *Στρέψαι δεῦρ', οὐκ ἂν παρέβην εἰς λέξιν τοιάνδ' ἐπῶν.*

non ad alium melius, quam ad Aristophanem referri posse, cuius contumeliis et maledictis lacessitus, respondere sibi ait Poëta necesse esse: quod non fefellit Bergkium ad *Arist. Fragm.* pag. 1015. Versus sunt Eupolidei, iisque Parabasin exordiri Poëtam perspicuum est. Indicavi lacunam ex sententia Bentleii, quem sequuntur Bergkius l. l. et Meinekius *Fragm.*

p. 647., quorum uterque ὑπὸ τοῦδ' supplevit, minus recte, opinor, quia nemo dum nominari potuit. Aliter Hermannus, qui duas syllabas primo versui deesse putabat, et τι ante λίαν inseruit: eadem ratio placuit Kölstero de *Parab*. pag. 26. Sed languet istud τι neque λίαν apud Comicos primam corripere posse arbitror (1): cuius rei quod unicum est in Aristophane exemplum in in *Vesp*. vs. 872. bene correxit Elmsl. ad Eurip. *Med*. vs. 899. Praestabit fortasse post λίαν adverbium aliquod, κρατερῶς aut simile quid, interponere.

Expositis igitur quam potui diligentissime quae ad hanc quaestionem illustrandam facere viderentur, hanc quasi quamdam argumentorum summam colligimus. Prior Plato, quem invidia vexabat, praestantiorem aemulum cavillando lacessivit, risitque cautum poëtam, qui non sibi, sed aliis vincere soleret. Respondit Aristophanes facete explodendis in *Vespis* et in *Pace* frigidis adversarii quum iocis tum argumentis. Sequenti anno similem irrisionem in *Pacem* Plato iactavit. Aliquanto post Aristophanes in editione *Nubium*, quum ceteris, sed imprimis Platoni obiecit sterilitatem ingenii, qui obsoletam iocorum materiem, irrisionem Hyperboli, dudum a se ipso exhaustam, ad fastidium usque recoquerent. Quod maxime Platonem urere debuit, quoniam omnium extremus *Hyperbolum* docuisset. Denique de hac aut simili contumelia cum Aristophane in Parabasi *Παιδαρίου* expostulasse videtur.

---

(1) Vid. Arist. *Acharn*. 633. *Nub*. 416, 717. *Pac*. 83. *Ecclesiaz*. 584. Excidisse videtur λίαν in *Vesp*. vs. 287, ubi credo leg.: *Μηδ' οὕτως ἔσθιε σαυτὸν μηδὲ λίαν ἀγανάκτει.*

Facillime in huiusmodi disputatione aut omissum esse potest aliquid, quod utiliter admoneri potuisset, aut alio quodam modo erratum: sed nihil accidere poterit iucundius, quam si quis aut plura producere voluerit, aut meliora docere.

CAPUT TERTIUM.

Comoedia Media. Platonis Πείσανδρος, Ὑπέρβολος, Κλεοφῶν.

Dolendum sane est poëseos comicae historiam et summorum poëtarum reliquiias maximam partem nonnisi per Grammaticorum scripta ad nostram memoriam esse propagatas. In horum commentariis evolvendis maximum saepe taedium in futilissimis recentioris aetatis ineptiis devorandum est: risus nonnumquam ob ioculares errores contineri vix potest, at in iisdem, quasi gemmae, effulgent aureae eruditorum criticorum animadversiones, quae inexspectatam dubiis et ambiguis lucem, aut insignem incognitarum rerum copiam recte adhibentibus afferunt. Quapropter si quid in iis reperitur, quod receptis quibusdam opinionibus repugnare videatur, non prius abiiciendum est, quam acute undique sit exploratum, nihilne bonae frugis adhaereat e vetustiorum Grammaticorum auctoritate excerptum, quod recentiorum negligentia aut obscurius sit enunciatum, aut alieno loco interpositum. Ad hoc genus referendum arbitror, quae scripsit incertus Grammaticus *de Comoed.* pag. XXXI. de comoediae generibus: *Ποιητὰς*

ἔπαξαν ἐπὶ τούτῳ, κωμῳδεῖν ὃν ἂν βούλωνται ἀπολέσας. Ἐπεὶ δὲ ἡ κακία προέκοπτεν — τοῦ μὲν φανερῶς κωμῳδεῖν ἐπαύσαντο. ἐπελάβοντο δὲ κρύφα, οἷον αἰνιγματωδῶς. — Γέγονε δὲ τῆς μὲν πρώτης κωμῳδίας ἄριστος τεχνίτης πρῶτος ὁ Ἀριστοφάνης καὶ Εὔπολις, τῆς δὲ δευτέρας Πλάτων. Eandem rem pluribus persequitur haud indoctus, sed paulo verbosior Scholiasta ad Dionys. Thracem in *Anecd. Gr.* Bekkeri pag. 748. sq. qui, postquam de antiqua comoedia absolvit, haec subiicit: οὐ μετὰ πολὺ χρόνον — ἤρξαντο πάλιν τοὺς Κωμικοὺς τοῦ μὴ φανερῶς αὐτοὺς καὶ ὀνομαστὶ ἐλέγχειν τοὺς ἀδικοῦντας — ἰδεῖν ὥσπερ αἰνιγματωδῶς καὶ οὐ φανερῶς ἐλέγχονται ὑπὸ τῶν Κωμικῶν — καὶ τῆς μὲν παλαιᾶς πολλοὶ γεγόνασιν — τῆς δὲ μέσης καὶ αὐτῆς μὲν πολλοὶ γεγόνασιν, ἐπίσημος δὲ Πλάτων τις, οὐχ ὁ φιλόσοφος, ἀλλ' ἕτερός τις. Ex eodem fonte haustum est, quod legitur in Andronico περὶ τάξεως ποιητῶν, cuius locum ex Cod. Paris. edidit Bekkerus in *Anecd. Gr.* p. 1461. Ἡ μὲν κωμῳδία τρεῖς ἔχει τὰς διαφοράς, καὶ ἡ μὲν καλεῖται ἀρχαία — ἡ δὲ μέση τις καὶ αἰνιγματώδης, ἧς ἐπίσημος Πλάτων ὁ τὸν χαρακτῆρα λαμπρότατος, οὐχ ὁ φιλόσοφος, ἀλλ' ἕτερός τις, οὗ τὰ δράματα τάδε λέγονται. κ. τ. λ. Hanc igitur Grammaticorum opinionem nihili faciendam iudicavit Meinekius in *H. C. C.* pag. 161., natamque inde suspicatur, quod Platonis aetas ultra Olymp. XCVII. 1. producta fuit, quo ipso anno *Phaonem* docuerat. Sed multo rectius eadem de causa statui potest, verissimum esse, quod Grammatici non de suo fictum, sed ex antiquiorum auctoritate docere videntur, modo satis recte explicetur. Nempe arguunt Platonicarum fabularum tituli et reliquiae, imprimis elaborasse Poëtam

in iis argumentis, quae post Olympiadem XCI., uti vidimus, diu oppressa et mox funditus deleta antiqua Comoedia, studiosius etiam ab reliquis excoli coepta sunt (quaeque in superioribus ostendimus iam diu ante in florentissima Comoediae aetate multum celebrata fuisse): in quibus Dii, heroes aut reges, qui in Tragoediis prodire solebant, multa iocularia et lepidissimas facetias funderent. Nemo tamen existimet his iocis saepe satis scurrilibus ingeniosos poëtas acquievisse: nam satis constat his usos esse quasi involucris, quibus aut popularium mores et vitia ridentes notarent, aut si quid in rep. stolide aut flagitiose committeretur, per ambages, sed ut acutus spectator intelligere posset, acriter exagitarent. Hos igitur aculeos mythologicae aut iocosae materiae callide involutos Grammaticis Comoediam *αἰνιγματώδη* dicere placuit, in eoque genere summa laude effloruisse Platonem nihil est, cur Grammaticis non credamus. Quod autem illud genus *Comoediam Mediam* vocaverunt, satis recte fecisse videntur. Nempe ipsi veteres non nisi duo Comoediae genera vel, ut rectius dicamus, duas aetates agnoverunt: *veterem* et *Novam*, *τὴν παλαιὰν* et *τὴν νεωτέραν*. Cf. omnino Clinton. Praef. ad *Fast. Hell.* pag. LII. Krueg. et luculentum Aristotelis locum, quem produxit ex *Ethic. ad Nicom.* IV. 8. *Ἴδοι ἄν τις ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν καινῶν· τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον ἡ αἰσχρολογία, τοῖς δὲ μᾶλλον ἡ ὑπόνοια:* quas quidem *ὑπονοίας* easdem esse apparet, atque *αἰνίγματα*, uti scribunt Grammatici. Hinc ob maximam argumentorum dissimilitudinem Critici Alexandrini mediam quamdam aetatem et tertium genus posuerunt, *τὴν μέσην κωμῳδίαν*, cuius originem recte,

ut arbitror, repetiverunt ab illis temporibus, quum fracta et labefactata potentia populi, qua antiqua Comoedia nitebatur, Poëtae illa argumenta, quae diximus, multum celebrare coeperunt. Recentiores Critici fere multo serius initium *Mediae* ponunt, in his Meinekius qui ab Olymp. XCVI. usque ad CX, 3. i. e. ad pugnam Chaeronensem pertinere statuit in *Hist. Crit. Com.* p. 271. Sed quanto potior sit Grammaticorum ratio, qui maluerunt argumenta fabularum quam aetatem sequi, non opus est multis ostendere. Negari non potest plerosque poëtas, per quos Antiqua Comoedia floruit, ea vidisse tempora, quibus ad aliud argumentorum genus confugere cogerentur atque hinc natam esse illam Comoediam, quam, quum non esset amplius antiqua, rectissime *mediam* dici apparet. Et quidni Grammaticorum auctoritati pareamus, quum dimidia fere pars fabularum, quas Platonem scripsisse constat, pertinuerit ad illud genus, quale *Mediae* Comoediae proprium fuit: quod ipsum Meinekium non fefellit pag. 284. Sunt autem hae: *Ἄδωνις, Γρῦπες, Δαίδαλος, Εὐρώπη, Ζεὺς Κακούμενος, Ἰώ, Λάϊος, Μενέλαος, Νὺξ Μακρά, Ξάντριαι ἢ Κέρκωπες, Φάων*, quarum plerasque eum docuisse credibile est inter Olymp. XCI. et XCVII. nonnullas autem diu ante, ex quarum numero fuit *Ζεὺς Κακούμενος*, acta, uti vidimus, ante Olymp. LXXXIX. 2., quam scripsit non iniquitate temporum coactus, sed obsecutus ingenio, quod in his facetiis felicissimum habuisse videtur. Quam suspicionem per se iam satis probabilem nunc luculenter testimoniis Grammaticorum confirmatam habemus: quare sic statuendum est: Platonem quum in florentissima Comoediae aetate Aristophanis et Eupolidis laudem ac

famam non satis aequiparasset, in illa materia, quam vidit aetas paulo recentior, omnibus praeripuisse palmam, et in magno Comicorum numero, qui succreverant veteris Comoediae principibus, quorum Strattis fuit, Theopompus, Nicochares, Philyllius, Sannurion et ceteri omnes, unum omnium maxima ingenii et facetiarum laude celebratum esse: nempe hinc demum intelligimus, qui factum sit, ut tot fabulae eius Poëtae, quem ab Olymp. LXXXVIII. docuisse fabulas et cum principibus Cratino, Aristophane, Eupolide aliis contendisse certum est, ad illud genus pertinere potuerint.

Sed operae pretium est ostendere paucis, et qualis fuerit earum fabularum ratio, et quibus modo Poëtae in his argumentis quae notare vellent, irridere et cavillari solerent. Prodibant in scenam Tragicorum personae, ridiculum in modum larvis et reliquo apparatu ornatae (vide locum Platonii pag. 54.), desumtae fere ex aliqua Tragoedia, cuius et argumentum et locos nonnullos faceti poëtae in risum iocumque detorquebant. Intelligetur optime e luculentissimo exemplo fabulae Strattidis, qua in facetias transfundebantur Euripidis *Phoenissae*. Quae apud Euripidem vs. 463. sqq. legitur praeclara sententia:

> *Παραινέσαι δὲ σοφῶν τι βούλομαι σοφόν.*
> *Ὅταν φίλος τις ἀνδρὶ θυμωθεὶς φίλῳ*
> *Εἰς ἓν συνελθὼν ὄμματ' ὄμμασιν διδῷ,*
> *Ἐφ' οἷς συνήκει ταῦτα χρὴ μόνον σκοπεῖν,*
> *Κακῶν δὲ τῶν πρὶν μηδενὸς μνείαν ἔχειν.*

eam igitur *ἡ Στράττιδος — Ἰοκάστη — ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Φοινίσσαις* sic in scurrilem iocum detorquet ap. Athen. IV. pag. 160. D.

> *Παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφόν·*
> *Ὅταν φακῆν ἕψητε μὴ 'πιχεῖν μύρον.*

Tum quae eadem graviter ad Eteoclem vs. 549. sq.

> *Εἶθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς,*
> *Σὺ δ' οὐκ ἀνέξει δωμάτων ἔχων μέρος;*

ilocaliter Comicus apud Poll. IX. 124. *Στράττις ἐν ταῖς Φοινίσσαις·*

> *Εἶθ' ἥλιος μὲν πείθεται τοῖς παιδίοις,*
> *Ὅταν λέγωσιν· ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε.*

De utroque Tragici loco quaesivit Valckenaerius, cur illae sententiae Comico ridiculae aut ineptae potuerint videri: sed contra est: nam eo facetiores solent haberi ioci, quo praeclarius veriusque dictum in ridiculam sententiam detorquetur. Non eo scriptae erant eiusmodi Fabulae, ut Tragicorum egregia carmina ludibrio haberentur, sed quo magis in cachinnos erumperent Attici, si in ludicro argumento bene sibi notos Tragici versiculos subesse sentirent. Neque etiam credibile est illius fabulae argumentum fuisse bellum Thebanum ac fratres mutuis vulneribus pereuntes, sed pro ista flebili Tragoedia nescio quid ridiculum et urbanum, quod tamen Thebis gereretur, dedisse Poëtam satis certum est, et confirmatur lepido loco eiusdem fabulae apud Athen. XIV. p. 621. F. ubi salse ridetur ab Atheniensi, ut videtur, Thebanorum civitas, quod dialecto perinepta uteretur. In eodem argumento luserat Aristophanes, qui et ipse *Φοινίσσας* scripsit, vid. Dindorf. *Arist. Fragm.* pag. 195. et Bergkium pag. 1167. Similiter in Tragicorum personis iocati sunt reliqui poëtae: in Zetho et Amphione Eubulus ap. Athen. II. pag. 47. B.

Ζῆθον μὲν ἐλθόνθ' ἁγνὸν ἐς Θήβης πέδον
Οἰκεῖν κελεύει· καὶ γὰρ ἀξιωτέρους
Πωλοῦσιν, ὡς ἔοικε, τοὺς ἄρτους ἐκεῖ,
Σὺ δ' ὀξύπεινος· τὸν δὲ μουσικώτατον
Κλεινὰς Ἀθήνας ἐκπερᾶν Ἀμφίονα,
Οὗ ῥᾷς' ἀεὶ πεινῶσι Κεκροπιδῶν κόροι,
Κάπτοντες αὔρας, ἐλπίδας σιτούμενοι.

ubi nescio quis nuntius ad Zethum et Amphionem Iovis, uti videtur, mandata perfert. Idem in *Εὐρώπῃ* inducit aliquem sic Cadmum alloquentem:

κτίζε Βοιωτῶν πόλιν,
Ἀνδρῶν ἀρίςων ἐσθίειν δι' ἡμέρας.

Athen. X. pag. 417. C. vide ibidem simile dictum ex eiusdem *Ἀντιόπῃ*, et alia plurima indicata a Meinekio *H. C. C.* pag. 283. sqq. Imprimis frequens erat in his iocis persona Herculis, multum olim celebrata. Plurimarum fabularum supersunt reliquiae, in quibus iocosa voracis dei fata in scena agebantur, quas colligere non attinet: sufficit apposuisse dictum Cleanthis ap. Diog. Laërt. VII. 5. quo laesus Sosithei Comici versiculo, satisfacientem dimisit: *ἄτοπον εἶναι, τὸν μὲν Διόνυσον καὶ τὸν Ἡρακλέα φλυαρουμένους ὑπὸ τῶν ποιητῶν μὴ ὀργίζεσθαι, αὐτὸν δὲ ἐπὶ τῇ τυχούσῃ βλασφημίᾳ δυσχεραίνειν.* Praeiverant in his omnibus antiquiores: Aristophanes nonnumquam sic luserat: etiam prius Hermippus in *Κέρκωψιν.* Saepius Plato in eiusmodi facetiis exercuerat ingenium: vidimus de fabula *Διὶ Κακουμένῳ*, in qua magnae erant Herculis partes: iterum in *Ξαντρίαις ἢ Κέρκωψι*, (de quibus Herculis comitibus vide eximiam disputationem Lobeckii *Aglaoph.* pag. 1296. sqq.) carminantem apud Omphalen, uti videtur, deum induxerat: deinde huc pertinet eiusdem

Νὺξ Μακρά, quae ea esse videtur, qua concepit Alcmena: quare non multum diversam fuisse fabulam statuendum est ab *Amphitruone* Archippi et Plauti. Praeter Herculem et Bacchum ceteri omnes dii et heroes et reges in illis Tragico-Comoediis exhiberi solebant: sed videndum iam est, quidnam tandem aculeorum et cavillationis sub iocularibus istis inventis latuerit: nam nemo facile induxerit in animum hac festivitate per se quidem pinguiore acquiescere potuisse ingeniosos viros, praesertim qui Antiquam Comoediam vidissent. Numquam desierunt Comici huius aetatis aequales homines ineptos aut improbos nominatim reprehendere, sed mutata tempora cavillandi morem modumque mitigaverunt. Iocose ridebantur homines nequam, vappae, helluones, quique vulgo contemti a quovis ludibrio solebant haberi: sed diu cauti ab iis abstinuisse videntur Poëtae, quos propter magnam in rep. auctoritatem, gratiam, genus aut opes non impune tangere potuissent. Deinde philosophos, quos vulgus parum curabat, aut tamquam futiles homines in nugis et argutiis aetatem conterentes mirifice contemnebat, modo facete perstringere, saepius popularibus opinionibus blandientes omni contumelia ludificari coeperunt. Sensere Comicorum acrimoniam et reliqui fere omnes philosophi, sed imprimis Academici et Plato, cuius disputationes et libros, tamquam subtiles nugas aut magnificas argutias acerbis conviciis exploserunt, cuius rei multa exempla vide apud Diog. Laert. III. 16—28. et alibi passim: sed unum quamvis longiusculum operae pretium est apponere, ut appareat, quibus contumeliis virum praeclarum aequales passi sint affici. Locus est Epicratis apud Athen. pag. 59. D.

τί Πλάτων
Καὶ Σπεύσιππος καὶ Μενέδημος; Πρὸς τίσι νυνὶ διατρίβουσιν;
Ποία φροντὶς, ποῖος δὲ λόγος Διερευνᾶται παρὰ τούτοισιν;
Τάδε μοι πινυτῶς, εἴ τι κατειδὼς Ἥκεις, λέξον πρὸς Ἀθηνᾶς;
B. Ἀλλ' οἶδα λέγειν περὶ τῶνδε σαφῶς, Παναθηναίοις γὰρ ἰδὼν
Ἐν γυμνασίοις Ἀκαδημείας Ἤκουσα λόγων ἀφάτων ἀτόπων. (ἀγέλην
Περὶ γὰρ φύσεως ἀφοριζόμενοι Διεχώριζον ζώων τε βίον
Δένδρων τε φύσιν λαχάνων τε γένη, Κᾆτ' ἐν τούτοις τὴν κολοκύντην,
Ἐξήταζον τίνος ἐςὶ γένους.
A. Καὶ τί ποτ' ἄρ' ὡρίσαντο καὶ τίνος γένους
Εἶναι τὸ φυτόν; δήλωσον, εἰ κάτοισθά τι.
B. Πρώτιςα μὲν οὖν πάντες ἀναυδεῖς Τότ' ἐπέςησαν καὶ κύψαντες
Χρόνον οὐκ ὀλίγον διεφρόντιζον, Κᾆτ' ἐξαίφνης ἔτι κυπτόντων
Καὶ ζητούντων τῶν μειρακίων Λάχανόν τις ἔφη ςρογγύλον εἶναι,
Ποίαν δ' ἄλλος, δένδρον δ' ἕτερος. Ταῦτα δ' ἀκούων ἰατρός τις
Σικελᾶς ἀπὸ γᾶς Κατέπαρδ' αὐτῶν ὡς ληρούντων.
A. Ἦ που δεινῶς ὠργίσθησαν Χλευάζεσθαί τ' ἐβόησαν.
Τὸ γὰρ ἐν λεσχαῖς ταῖσδε τοιοῦτόν Τι ποιεῖν ἀπρεπές.
B. Οὐδ' ἐμέλησεν τοῖς μειρακίοις. Ὁ Πλάτων δὲ παρὼν καὶ μάλα
Οὐδὲν ὀρινθεὶς διέταξ' αὐτοῖς Πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἀφορίζεσθαι (πράως
Τίνος ἐςὶ γένους, οἱ δὲ διῄρουν (1).

Non assentior Meinekio, qui ex hoc ipso loco in *H. C. C.* pag. 290. animadvertit *a quanta maledicendi intemperie Comoedia ad quantam humanitatem et mansuetudinem defluxerit.* Quaenam, quaeso, istorum conviciorum, quibus Platonis doctrina magis petulanter quam salse luditur, humanitas esse potest? Ceterum olim philosophos in comoediis rideri solitos satis notum est: sed numquam inducar, ut credam, ipsum

(1) Apud Athenaeum editur vs. 5. τοῖσιν, sed τούτοισιν speciose Dindorfius, vs. 7. πρὸς γᾶς. Post ἀγέλην, vs. 9. Codd. inserunt μειρακίων, quod inutile est et numeros turbat: repetitum videtur e vss. 24, 34. In vs. 34, 35. vulgo legitur τοιαυτὶ ποιεῖν et vs. 39. secutus sum Dindorfium ἐξ ἀρχῆς supplentem. Sed etiam sic nondum persanatum esse locum arbitror.

Aristophanem exagitasse Platonem, et graviter lapsum esse arbitror Meinekium, qui in *H. C. C.* pag. 287. sqq. ostendere voluit in *Plut.* 313. et imprimis in *Ecclesiaz.* 646. philosophum notari. Nam suspicatur Aristyllum, cuius spurcities oris exagitatur, non alium esse; quam Aristoclem, quo nomine adolescentulus Plato vocatus fuerat, nempe illud nomen ὑποκοριστικῶς dici Ἀρίστυλλον: tum inde confirmari hanc suspicionem ait, quod doctrina philosophi de communione bonorum in illa fabula traducatur. Quid, vir sanctissimis moribus annum aetatis agens fere trigesimum sextum illudi potuit tamquam spurcissimus nebulo, *cuius timeat pater oscula*, idque eo vocatus nomine, quo non nisi imberbem parentes potuerunt appellare? Deinde in Aristophanis fabula multo magis rideri Atheniensium remp. quam Platonis, ne ipse quidem Morgensternius, cui quidquid est huius inventi debetur, iverit infitias. Sed imprudenti viro docto ista suspicio excidisse videtur. Ceterum de philosophorum et Platonis irrisione lectu dignissima dedit Luzac. *Lectt. Att.* II. 5.

Sed redeundum est ad Comicorum licentiam, qui non solum philosophos et nullius in rep. auctoritatis homines, sed oratores, qui omnia apud populum valebant, mordacibus iocis lacessere, nonnumquam etiam odiosis criminationibus, recepta pristina audacia, laedere coeperunt. Nemo facile est oratorum Atticorum, cui cavillantes poëtae pepercerint. Saepe et reliqui, et Demosthenes, Hyperides, Polyeuctus, plaudente populo, salse a Comicis exagitabantur. Cf. Clint. Praef. ad *Fast. Hell.* pag. LV. Instar omnium est locus Timoclis, qui ἐν Δήλῳ διηγούμενος τοὺς παρ' Ἁρπάλου δωροδοκήσαντας γράφει οὕτως· (Athen. VIII. p. 341. F.).

Δημοσθένης τάλαντα πεντήκοντ' ἔχει.
B. Μακάριος εἴπερ μεταδίδωσι μηδενί.
A. Καὶ Μοιροκλῆς εἴληφε χρυσίον πολύ.
B. Ἀνόητος ὁ διδοὺς, εὐτυχὴς δ' ὁ λαμβάνων.
A. Εἴληφε καὶ Δήμων τε καὶ Καλλισθένης.
B. Πένητες ἦσαν, ὥςε συγγνώμην ἔχω.
A. Ὅ τ' ἐν λόγοισι δεινὸς Ὑπερίδης ἔχει.
B. Τοὺς ἰχθυοπώλας οὗτος ἡμῶν πλουτιεῖ
Ὀψοφάγος, ὥςε τοὺς λάρους εἶναι Σύρους.

Sed prorsus indolem antiquae Comoediae spirant versus Philippidis apud Plut. in *vit. Demetr.* cap. XXVI. et XII. Φιλιππίδης τὸν Στρατοκλέα λοιδορῶν ἐποίησεν·

Ὁ τὸν ἐνιαυτὸν συντεμὼν εἰς μῆν' ἕνα,
Ὁ τὴν ἀκρόπολιν πανδοκεῖον ὑπολαβὼν,
Καὶ τὰς ἑταίρας εἰσαγαγὼν τῇ Παρθένῳ. —
Δι' ὃν ἀσεβοῦνθ' ὁ πέπλος ἐῤῥάγη (malim διεῤῥάγη) μέσος,
Τὰς τῶν θεῶν τιμὰς ποιοῦντ' ἀνθρωπίνας.
Ταῦτα καταλύει δῆμον, οὐ κωμῳδία.

versiculo ultimo significantur oratorum criminationes, qui poëtarum petulantia remp. pessumdari calumniabantur. In eandem sententiam acerbe de poëtarum licentia queritur Isocrates in Orat. *de Pace* p. m. 213. cap. v. Οἶδα μὲν ὅτι — δημοκρατίας οὔσης οὐκ ἔςι παῤῥησία πλὴν ἐνθάδε μὲν (in concione populi) τοῖς ἀφρονεςάτοις καὶ μηδὲν ὑμῶν φροντίζουσιν, ἐν δὲ τῷ θεάτρῳ τοῖς κωμῳδοδιδασκάλοις: quorum quanta fuerit licentia simul et gratia ostendit mox: τοῖς μὲν ἐκφέρουσιν εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας τὰ τῆς πόλεως ἁμαρτήματα, τοσαύτην ἔχετε χάριν, ὅσην οὐδὲ τοῖς εὖ ποιοῦσιν. Tamen indignabundus Rhetor nonnihil verbis augere videtur poëtarum petulantiam, quippe quam ipse in sese sensisset: vid. Athen. XIII. pag. 592. D. Harpocr. v. Λαγίσκα. Praeterierant illa tempora,

quibus id unum sibi studio habebant Comici, ut importunitatem Demagogorum populique caecutientis insaniam pro arbitrio in scena riderent: neque aliae fere cavillationes impune ferebantur, quam quae popularibus opinionibus abblandirentur. Huc pertinet locus Xenophontis, quem supra pag. 32. attigimus, de rep. Athen. II. 18. *Κωμῳδεῖν δ' αὖ καὶ κακῶς λέγειν τὸν μὲν δῆμον οὐκ ἐῶσιν, ἵνα μὴ αὐτοὶ ἀκούωσι κακῶς κ. τ. λ.* Sed vexabantur omnes, qui plebi qualicunque de causa aut invisi erant aut contemti: sed etiam in his ipsis si quis iocus spectanti turbae minus placeret, incautus poëta turpiter exigebatur foras: vid. Diog. Laert. VII. 5. 4. Eadem igitur cautio in eo fabularum genere fuit, quas in ipsis mediae Comoediae primordiis docuerant poëtae. Si quid in reip. administratione videretur carpendum, facetis mythorum involucris sic callide intertexebant, ut ambigua leporum significatio simul ab acutis intelligeretur et auctores ab omni calumnia praestaret tutissimos. Nempe deos istos et reliquas personas mythologicas inducebant de rebus Atheniensium deque iis, quos ridere volebant, tamquam probe sibi notis inter sese disserentes: cuius urbanissimi inventi in perexiguo fragmentorum numero plura exempla reperiuntur. In Anaxandridis *Tereo* Athen. IV. pag. 166. D. nescio quis Tereum sic compellat:

Ὄρνις κεκλήσει. Τ. διὰ τί, πρὸς τῆς Ἑςίας;
Πότερον καταφαγὼν τὴν πατρῴαν οὐσίαν
Ὥσπερ Πολύευκτος ὁ καλός;

Nicochares *ἐν Γαλατείᾳ* ap. Schol. Arist. *Plut.* vs. 179. inducit Galateam cum Polyphemo sic expostulantem:

Ἦ δῆτ' ἀπαιδευτότερος εἶ Φιλωνίδου
Τοῦ Μελιτέως.

Eodem genere Plato ἐν *Λαΐῳ* ibid.

οὐχ ὁρᾷς ὅτι
Φιλωνίδην που τέτοκεν ἡ μήτηρ ὄνον
Τὸν Μελιτέα κοὐκ ἔπαθεν οὐδέν.

sed luculentissimus locus est eiusdem fabulae, servatus ab Athenaeo II. pag. 68. C. Πλάτων *Λαΐῳ*·

οὐχ ὁρᾷς ὅτι
Ὁ μὲν Λέαγρος, Γλαύκωνος ὢν μεγάλου γένος,
Ἀβελτεροκόκκυξ ἠλίθιος περιέρχεται
Σικυοῦ πέπονος εὐνουχίου κνήμας ἔχων.

ubi nescio quis e Laii familia quam nihil stemmata faciant hoc exemplo ostendens inducebatur.

Laïus autem fuit e recentioribus Platonis fabulis, acta circa idem tempus quo repetita *Pluti* editio, et fabulae Nicocharis, Philyllii et Theopompi, in quibus omnibus ineptus iste Philonides, qui Laidem meretricem àmabat, ludibrio fuit habitus: vid. Schol. ad *Plut.* vs. 179. et cf. Clinton. in *Fast. Hell.* pag. 277. Krueg. In constituenda iocosi fragmenti lectione recepi vs. 2. egregiam Meinekii coniecturam ὁ μὲν *Λέαγρος* pro vulg. ὁ Μελέαγρος, propositam in *Quaestt. Scen.* II. pag. 18. tum in *H. C. C.* pag. 174. et bene a Dindorfio receptam. Vs. 3. quum in libris nonnisi κόκκυξ legeretur, dudum perlegens Phrynichi *Proparasc. Soph.* quum incidissem pag. 27. in hunc locum: Ἀβελτεροκόκκυξ. ἀβέλτερος καὶ κενός, Platonis esse vocabulum ex hoc ipso loco descriptum suspicatus eram, quum vidi eam coniecturam consensu Bergkii *Comm.* pag. 400. egregie confirmatam (1). Reliqua *Laii* fra-

---

(1) Ratio corruptelae in promtu est. Nempe librarii syllabas,

gmenta, quae duo sunt perexigua, nihil lucis ad argumentum perspiciendum afferunt, neque etiam tertium, cuius indicium latere suspicor in corrupto Pollucis loco II. 83. Ὠτογλυφὶς δὲ εἴρηται παρὰ Πλάτωνι τῷ Κωμικῷ ἐν Συμμαχίᾳ σὺν ἐλαίῳ ὠτογλυφίδα λαβοῦσ' ἀνασκάλλεται, ubi reponendum arbitror: καὶ ἐν Λαΐῳ·

Ὠτογλυφίδα λαβοῦσ' ἀνασκαλεύεται.

postremum verbum iam restituit Meinekius *Fragm. Com.* pag. 666. Ceterum neque ex hoc loco, neque e reliquis fabularum fragmentis, quas ad mediam Comoediam auctoritate Grammaticorum referendas statuimus, de singularum argumentis quidquam satis probabiliter confici potest: quamobrem paucos quosdam earum locos male habitos attingemus in sequentibus: at nunc primum inquiramus in illas comoedias, quae actae florente libertate populi et Comoedia antiqua, egregie faciunt ad illustrandam reip. Atheniensium historiam et memoriam eorum, quos populus in nimia licentia duces habuit et patronos, aut qui adversarum fuere partium et petulantiam Democratiae compescere et frangere sunt conati. Pertinent ad hoc genus, quantum quidem certum est, imprimis tres Platonis

---

quas non intelligebant, corruptas esse suspicantes omiserunt. Simillimo modo apud Athen. VI. pag. 261. F. in versiculo Aristophanis:

Ψίθυρός τε καλοῦ καὶ ψωμοκόλαξ,

omnes Codd. praeter unum Parisinum, quo Epitome continetur, κόλαξ. et apud Gell. N. A. III. 18. in Timonis Phliasii fragmento editur:

Ὅθεν ἀπαρχόμενος γράφειν ἐδιδάχθης,

pro vera lectione, quam librarii non capiebant:

Ἔνθεν ἀπαρχόμενος Τιμαιογραφεῖν ἐδιδάχθης.

fabulae, *Πείσανδρος*, *Ὑπέρβολος*, *Κλεοφῶν*. Videamus de singulorum reliquiis. Primum *Pisandri* varios locos plerosque male a librariis habitos apponam emendatiores, additis reliquorum poëtarum de eodem fragmentis, quae nondum satis recte restituta arbitror: quo facto videbimus ecquid ex his ad cognoscendum argumentum fabulae et annum, quo acta sit, probabili coniectura colligi possit.

I. Scholiast. ad Arist. *Av.* 1563. (1555.). — *Εὔπολις ἐν Ἀστρατεύτοις*·

Πείσανδρος εἰς Πακτωλὸν ἐστρατεύετο
Κἀνταῦθα τῆς σῆς στρατείας κάκιστος ἦν ἀνήρ.

Ἦν δὲ τὸ σῶμα εὐέκτης. Ἕρμιππος ἐν Ἀρτοπώλισιν·

Ἐνέβαινε σιγῇ Πείσανδρος μέγας αὐτὸς ὥσπερ Διονυσίοισιν
Οὑπὶ τῶν ξύλων ἐλαίας ἔρεισιν ὄνον κανθήλιον.

καὶ δωροδοκῆσαί φησιν Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις διὰ τούτων·

Ἡ δῶρ' αἰτοῦντες ἀρχὴν πολέμου πορίσειεν μετὰ Πεισάνδρου,

δύο δέ εἰσι Πείσανδροι, καθάπερ Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ φησιν·

Ἄκουε νῦν Πείσανδρος ὡς ἀπόλλυται.
B. Ὁ στρεβλός; A. οὔκ· ἀλλ' ὁ μέγας οὑνοκίνδιος.

καὶ Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ περὶ ἀμφοτέρων λέγει.

Omissis virorum doctorum coniecturis nunc tantum verbo commemorabo, quibus modis mihi corrupti versus emendari posse videantur. In Eupolidis loco velim sic:

Πείσανδρος εἰς Πακτωλὸν ἐστρατεύετο
Κἀνταῦθα πάσης τῆς στρατιᾶς κάκιστος ἦν.

deleto *ἀνήρ*, quod male huc invectum est, ut in fragmento *Caprarum* Schol. Arist *Vesp.* v. 897. unde

expulit Porsonus. Hermippi locus eiusmodi est, ut ista verborum monstra non nisi violentiore medicina possint procurari: conatus sum in hunc modum:

> ἀναβαίνει σῖγα Πείσανδρος μέγας,
> Ὥσπερ Διονυσίοισι οὑπὶ τῶν ξύλων.
> B. Ἐγέλασ' A. ἐρεῖς τιν' ὄνον ὁρᾷν κανθήλιον.

In ceteris quidem nolim quidquam praestare, sed certum est integerrimum esse versum secundum, quem viri docti quum non intelligerent, variis modis vexarunt. Nempe ὁ ἐπὶ τῶν ξύλων est *phallus* ingens, quales in Dionysiorum pompa longis perticis suspensi gestabantur. Cf. Arist. *Acharn.* vs. 259. sq. quae festiva comparatio alteri isti risum movet. Ἐγέλασα positum est ut in Arist. *Equitt.* vs. 696. et passim.

In fragmento Aristophanis reliquorum coniecturis accedat haec:

> Ἢ δωροδοκῶν ἀρχὴν πολέμου μετὰ Πεισάνδρου πορίσειεν.

qui versus lectus fuit, opinor, in loco eiusdem generis atque est in Aristoph. *Ran.* vs. 354. sqq. ubi imprimis conferendi simillimi versus 360, 361. Denique Eupolidis locum constitui, ut voluit Toupius *Emend. in Suid.* II. p. 67. et receptum est quum ab aliis tum a Meinekio *F. P.* pag. 502.

II. Plutarch. in vita X. Oratt. p. 833. C. de Antiphonte Rhamnusio: Κεκωμῴδηται δὲ εἰς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Πεισάνδρῳ. vulg. σὺν Πεισάνδρῳ certatim correxerunt viri docti: vid. Meinekium *H. C. C.* p. 180. Idem opportune in *Fragm. Com.* p. 651. locum attulit *incerti Grammatici apud Eudociam* p. 59. (sed excerptus est ex Philostrati *Vit. Sophist.* I. 15. pag. 499. uti ostendit Ruhnken. de *Antiph. Rhamn.*

Opusc. I. p. 157. et ipse adeo Meinekius in *H. C. C.* p. 180.) *Καθάπτεται δὲ ἡ κωμῳδία τοῦ Ἀντιφῶντος ὡς δεινοῦ τὰ δικανικὰ καὶ λόγους κατὰ τοῦ δικαίου ξυγκειμένους ἀποδιδομένου πολλῶν χρημάτων αὐτοῖς μάλιςα τοῖς κινδυνεύουσιν*, ubi haec ipsa Platonis fabula respici videtur.

III. Schol. Arist. *Nub.* 249. *Λεπτοῖς δὲ νομίσμασι φαίνονται κεχρῆσθαι Βυζάντιοι. διὸ καὶ δωρικῶς εἶπεν. Πλάτων Πεισάνδρῳ*

> *Χαλεπῶς ἂν οἰκήσαιμεν ἐν Βυζαντίῳ*
> *Ὅπου σιδαρέοισι νομίσμασι χρῶνται.*

Ex colloquio, opinor, Pisandri et Antiphontis hi versus excerpti sunt. In vs. 2. laborant numeri, quibus restituendis multi multa attulerunt. Meinekio placuit Reisigii ratio, qui in *Coniectan. ad Arist.* pag. 247. *ὅπου σιδαρέοις νομίζουσιν* restituit, nixus auctoritate incerti Grammatici ap. Herm. *De Em. Rat. G.G.* p. 384. *νομίζω καὶ τὸ νομίσμασι χρῶμαι — Ἀριςοφάνης. Βυζάντιοι σιδήρῳ νομίζουσιν*, quae verba errore ad Aristophanem relata putabat, quum essent Platonis. Parum recte. Repone *Ἀριςείδης·* (cuius ille auctoritate passim utitur: vid. p. 376, 380, 381, etc.) *Βυζάντιοι κ. τ. λ.* Locus Aristidis, laudatus olim in hac re ab Hemsterh. ad Poll. IX. 78. et, quod mireris, ab ipso adeo Meinekio ad hunc locum *Fragm. Com.* p. 650. legitur in Orat. XLVI. T. II. p. 195. *Οὐδὲ γὰρ εἰ Βυζάντιοι σιδήρῳ νομίζουσι, τούτου χάριν εἰσὶ δίκαιοι τῶν Ἑλλήνων καταγελᾷν.* Praestabit igitur delere glossema *νομίσμασι:* nam *σιδάρεοι* vocabantur Byzantinorum nummi: vid. Poll. l. l. ubi rescribe: *πρίω μοι τριῶν σιδαρέων* pro vulg. *σιδηρῶν*. Cf. fragmentum Strattidis ibid. Lubet eadem opera corruptissimum He-

sychii locum, qui ad eandem rem pertinet, emendare: in voc. *Σιδάρεοι. παρὰ Ἀριςοφάνει ἐν Νεφέλαις, Σιδάρεοι θεοὶ, ὡς ἐν Βυζαντίῳ ἔτι εἰσὶ ἐν τῷ λεπτῷ νομίσματι, ᾧ σιδηρῷ καὶ ἐλαχίςῳ ἐχρῶντο Βυζάντιοι.* Sic Musurus. At Codex unicus a Schowio collatus: *ἔτι εἰσὶ Βυζάντιοι ἐν τῷ λεπτῷ κ. τ. λ.* Unde rescribendum est: *Σιδάρεοι. παρ' Ἀριςοφάνει ἐν Νεφέλαις* (vs. 249.)

Σιδαρέοισιν, ὥσπερ ἐν Βυζαντίῳ;

ἐπεὶ οἱ Βυζάντιοι λεπτῷ (*ἐν τῷ* del. natum e coni. librarii) *νομισματίῳ σιδηρῷ καὶ ἐλαχίςῳ ἐχρῶντο.* Cf. v. *Σικελὸς ςρατιώτης.* Sed redeo ad *Pisandri* fragmenta.

IV. Suidas. v. *Ἀρκάδας μιμούμενοι. — Ταύτῃ τῇ παροιμίᾳ κέχρηται Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ. διὰ γὰρ τὸ τὰς κωμῳδίας αὐτὸς ποιῶν ἄλλοις παρέχειν Ἀρκάδας μιμεῖσθαι ἔφη.* Ostendimus supra pag. 109. versiculos esse Eupolideos ex Parabasi, sic restituendos:

αὐτὸς κωμῳδίας
Ποιῶν εἶτ' ἄλλοις παρέχων Ἀρκάδας μιμούμενος.

V. Suidas v. *Ἀρεοπαγίτης — καὶ Ἄρεος νεοττὸς καὶ Ἄρεος παιδίον, ἐπὶ τῶν θρασυτάτων· κέχρηται τῷ μὲν πρώτῳ Πλάτων Πεισάνδρῳ, τῷ δὲ δευτέρῳ Ἀλεξανδρίδης Πεισάνδρῳ* (recte Meinekius *H. C. C.* p. 181. *Ἀναξανδρίδης Πανδάρῳ*). Per iocum ipse Pisander, cuius timiditas multis fuit ridendi materia, *νεοττὸς Ἄρεος* appellatus fuisse videtur. Ceterum animadvertendum est male haec omnia in Suida ad v. *Ἀρεοπαγίτης* referri, quum novam glossam incipere appareat a v. *Ἄρεος νεοττός*, quare *καί*, quod praecedit, delendum est.

VI. Schol. Arist. ad *Vesp.* 612. (590.) *Εὔαθλος*

ῥήτωρ συκοφάντης, οὗ μνημονεύει καὶ ἐν Ἀχαρνεῦσι (vs. 709.) καὶ Ὁλκάσιν. — Μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ καὶ Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις.

VII. Συναγ. Λέξ. Χρησ. in Bekkeri *Anecd. Graec.* p. 368, 12. Ἀκόλαστον καὶ ὕβριστον πρᾶγμα. — Πλάτων ἐχρήσατο ἐν Πεισάνδρῳ λέγων.

> Γυνὴ γὰρ, ἣν μὲν αὐτὴν κολάζῃς ἀεὶ
> Κράτιστόν ἐστι κτημάτων πάντων· ἐὰν
> Δ' ἀνῇς, ὕβριστον χρῆμα κἀκόλαστον.

Sic Bekkerus dedit de suo numeris non admodum numerosis. At in apographo Ruhnkenii in Bibl. Lugduno-Batava asservato in *Sched. Ruhnk.* II. 8. verba sic disposita leguntur. Γυνὴ — ἀεὶ κολάζεις ἐστὶ πάντων κτημάτων κράτιστον, ἐὰν δὲ ἀνῇς κ. τ. λ. unde apparet restituendos esse hos tetrametros:

> γυνὴ γὰρ, ἣν μὲν αὐτὴν
> Ἀεὶ κολάζῃς, ἐστὶ πάντων κτημάτων κράτιστον,
> Ἐὰν δ' ἀνῇς, ὕβριστόν ἐστι χρῆμα κἀκόλαστον.

Eosdem numeros revocandos esse monuerunt G. Dindorfius ad *Porsoni et Dobraei Annott. ad Ran.* v. 300. vol. VII. 1. p. 353. et Meinekius in *Plat. Fragm.* pag. 648. nisi quod vs. 3. post ἀνῇς inseruit hic λίαν, ille αὐτήν. Sed simplicius, opinor, et numerosius post βέλτιστον revocabitur ἐστι, quod cur exciderit palam est.

VIII. Athen. IX. p. 385. D. Ὀψάριον — Πλάτων ἐπὶ τοῦ ἰχθύος ἐν Πεισάνδρῳ·

> Ἤδη φαγών τι πώποθ', οἷα γίγνεται,
> Ὀψάριον ἔκαμες καὶ προσέστη τοῦτό σοι;
> B. Ἔγωγε πέρυσι κάραβον φαγών.

Apparet compellari his verbis hominem insignis voracitatis, unde quaeritur: *Unquamne ita comedisti obsonia*

ut deficeres (ἔκαμες φαγών) *et tibi crearetur fastidium?* (nam hoc est προσέςη σοι): respondet helluo, id sibi semel anno superiore accidisse.

IX. Phrynichus in *Propar. Soph.* in Bekkeri *Anecd. Graec.* p. 57, 30. *Πολιτοκοπεῖν, καινότερον τοῦ δημοκοπεῖν. — Πλάτων δὲ ἐν Πεισάνδρῳ τὸ πολιτοκοπεῖν ἀντὶ τοῦ λοιδορεῖν καὶ κωμῳδεῖν εἴπεν.* Videtur illud vocabulum ex ipsius Poëtae persona in Parabasi positum fuisse in simili fere sententia, qualis est in Arist. *Lysistr.* vs. 1043. sqq.

> *Οὐ παρασκευαζόμεσθα τῶν πολιτῶν οὐδέν' ὦ 'νδρες*
> *Φλαῦρον εἰπεῖν οὐδὲ ἕν.*

X. Denique ultimum legitur apud Herodian. *περὶ μον. λέξ.* p. 39. *Τύλη, ὅπερ σύνηθες Ἀττικοῖς κνέφαλλον καλεῖν. — Πλάτων ὁ Κωμικὸς ἐν Πεισάνδρῳ·*

> *Ὥσπερ κνεφάλλων ἢ πτίλων σεσαγμένος.*

Edebatur *πτιλῶν*, quod correxit Meinekius. p. 650.

Ex his igitur fragmentis qua ratione quave de causa Pisander ludibrio habitus sit expiscari velle, est ingenio intemperanter abutentis. Itaque viri docti aliam viam ingressi sunt, et fabulae argumentum e rebus a Pisandro in rep. gestis repetendum putaverunt, quorum primus Meinekius in *Quaestt. Scen.* II. pag. 21. suspicatus est exagitatum fuisse Pisandrum a Comicis illis ipsis temporibus, quibus populare imperium evertisset, atque adeo Olymp. XCII. $\frac{1}{2}$. Quam falsa esset haec suspicio docuit Hanovius *Exercitt. Crit.* pag. 81. sq. qui ostendit neque per quatuor illos menses, quibus Quadringenti imperium obtinuerunt, fabulam agi potuisse, nedum post restitutam Democratiam integra fabula rideri hominem, qui de salute sua desperans

ultro ex patria profugerit, neque umquam sit reversus (1). Admonuit idem non istuc trahendam esse Antiphontis mentionem (*Fragm.* II.), nam non infestum Democratiae animum, sed sordidam oratoris avaritiam notari. Neque tamen hae gravissimae rationes moverunt Fritzschium, qui ad *Thesmoph.* vs. 811. pag. 718. init. obiecit, *non tam ipsum Pisandrum tum a Comico perstrictum esse, quam sub persona Pisandri quadringentos viros, aut si quis alius non optime de rep. sensisset, merito suo conculcatos.* Quid, Pisandrum exsulem et Antiphontem capitis condemnatum et necatum (2) egisse in scena Platonem credamus, quo melius Quadringentos viros, quorum lene imperium neminem laeserat, cavillari posset? Hoc quam inconsiderate scriptum sit, non ipsum fefellisset Fritzschium, ni servire argumento voluisset. At ipse Meinekius in *H. C. C.* p. 180. Hanovii rationes probavit; qui quum nihil de aetate fabulae definiisset, nisi ante eversum populare imperium esse scriptam, Meinekius Olymp. LXXXIX. 3. *Pisandrum* esse actam suspicatus est, quod eo ipso anno homo ignavissimus turpiter detrectanda militia contemtum omnium et iocos in sese concitavisset (cuius rei luculentum documentum exstat in *Symposio* Xenophontis II. 14., quod eo anno habitum fingitur): et mentio Euathli (Fragm. VI.) in hanc aetatem perbene cadit.

Mihi tamen nondum haec viri egregii ratio probatur: nam multa suadent ut credam *Pisandrum* fuisse

---

(1) Vid. Thucyd. VIII. 98. Exsulantis bona esse publicata docet Lysias de *Sacr. Ol.* pag. 262. R.

(2) Scriptor de *vit. X. Orat.* pag. 833. A. *Μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν τετρακοσίων ἑάλω — καὶ ἄταφος ἐῤῥίφη.* Cf. Ruhnk. *de Antiph.* in Opusc. I. pag. 167. sq.

inter primas Platonis fabulas, actam fere eodem quo *Acharnenses* tempore, Olymp. LXXXVIII. 3. Nempe primum ista Euathli irrisio nonnisi in antiquissima fabula potuit reperiri, quum idem homo in Cratini *Thressis* Olymp. LXXXIV. iam exagitatus, item notatus Olymp. LXXXVIII. 3. in *Acharnensibus* vs. 709. non serius quam Olymp. LXXXIX. 1. et 2. in *Holcadibus* (Schol. ad *Vesp.* vs. 592. (1)) et *Vespis* vs. 592. commemoretur. Idem ex Antiphontis mentione colligi potest, qui quum perstringatur ob avaritiam, qua orationes pretio scriberet, (cf. Ruhnken. de *Antiph. Rhamn.* in Opusc. I. pag. 157. sq.,) satis intelligitur eam indicari Oratoris aetatem, qua nondum opibus et auctoritate plurimum in rep. valebat: cf. Ruhnkenium l. l. pag. 160. sq. Itaque Antiphon, si recte coniecimus, annum agens fere quinquagesimum primum (nam natus est Olymp. LXXV. 1. an 2. Ruhnk. p. 143.) ob istam lucri cupidinem a Comico perstringebatur: apparet autem omnino fieri non posse, ut istud ad aetatem etiam seriorem referatur. Denique luculenter hanc suspicionem confirmabit irrisio Aristophanis in Parabasi huius fabulae, quae non alio anno rectius quam Dionysiis huius anni, quem diximus, ab invido aemulo potuit iactari. Scilicet eiusdem Olympiadis anno primo *Daetalenses*, altero *Babylonii*, tertio Lenaeis *Acharnenses*, doctae omnes per Callistratum, et reliquis Poëtis et Platoni eripuerant primas: post actos *Babylonios* verus auctor apparuit: tamen mirantibus omnibus sequenti anno novam fabulam alii donat, qui tulit honores. Itaque eodem anno Plato Dionysiis,

(1) Hoc anno actam esse *Holcades* mihi quidem persuasit Bergkius ad *Arist. Fragm.* pag. 1116.

quum doceret *Pisandrum*, continere dolorem animi et invidiam non potuit, scripsitque in Parabasi, inepti hominis esse, quod faceret Aristophanes

αὐτὸς κωμῳδίας
Ποιῶν εἶτ' ἄλλοις παρέχων 'Αρκάδας μιμούμενος.

Inepta sane fuisset ista criminatio, si seriore tempore esset scripta: nam anno statim insequenti ostenderat Aristophanes, quum ipse incredibili plausu egisset *Equites*, non sibi animos sed voluntatem defuisse. Itaque quamquam mox ad institutum rediit et per Callistratum et Philonidem fabulas suas exhibere perrexit, tamen victoriarum laudem ad auctorem, quem nemo ignorabat, rediisse satis certum est. Ceterum in reliquiis fabulae nihil est, quod hanc suspicionem aut corroborare aut infringere possit. Pisandri duo in ea producti sunt (Fragm. I.) alter, de quo agimus, magnae in rep. auctoritatis, vir mobili ingenio et temporibus serviens, primum magna florens populi gratia, deinde evertendae Democratiae auctor acerrimus: alter obscurus quidam homo et perineptus, quem Plato cum cognomini Demagogo sic commisisse videtur (vid. Fragm. I.) ut hunc risum iocumque faceret, haud dissimili modo, atque in Cleone et Agoracrito fecit Aristophanes. Pisander magna mole corporis (1) et in-

(1) Recte Schol. Rav. ad *Pac.* 397. de Pisandro: οὗτος — ἦν καὶ πολεμοποιὸς κερδῶν ἰδίων ἕνεκεν, ἦν δὲ δειλὸς, μέγας, καὶ ἐκαλεῖτο ὀνοκίνδιος. Descripsit haec Suidas v. *Πεισάνδρου δειλότερος*. Confudit utrumque Scholiasta ad *Lysistr.* 491. e male intellecto fragmento Eupolidis, et in errorem pertraxit Meinekium in *Quaestt. Scen.* II. pag. 20. sq. sed imprimis Fritzschium in *Act. Soc. Gr.* I. 1. pag. 137. et ad *Thesmoph.* p. 314. sqq. qui magnam coniecturarum molem huic fulcro superstruxit. Tacite correxit errorem Meinekius *H. C. C.* pag. 179.

credibili voracitate ridiculus (vid. Hermippi et Eupolidis locos ad Fragm. I. et Meinek. *H. C. C.* p. 179.) eo nomine perstringi videtur in Fragm. VIII. Timiditas notatur Fragm. V. quam saepissime Aristophanes et alii acerbe exagitaverunt: vid. quae collegi in *Prosop. Xenoph.* pag. 47. Avaritia eiusdem videtur perstringi in Fragm. III.; etiam eo nomine saepe Comicis risum dedit, qui nequissimum hominem in gerenda rep. aut corrumpi muneribus, aut peculatum facere acerbe criminabantur: vide locum Aristophanis e *Babyloniis* ad Fragm. I. et in *Lysistr.* vs. 490. Haec quidem satis certa e reliquiis fabulae Platonicae intelliguntur: ceterum videndi Hanovius l. l. pag. 79, 80. Fritzschius ad *Thesmoph.* pag. 313. sqq. cuius aliquot errores corrigendi sunt e Meinekii *H. C. C.* pag. 187. sqq.

Iam simili modo *Hyperboli* reliquias perpaucas illas afferemus, unde deinde et quale argumentum fabulae fuerit, et quo anno docta videatur probabili coniectura indagare conabimur.

I. Scholiasta Ravennas ad Arist. *Thesmoph.* 808. *Καὶ ἡ Εὐβούλη πέπλαςαι. τὸ δὲ ὅλον τί βούλεται οὐκ ἔςι σαφές. Ἀλλ' οὐδὲ παρὰ Πλάτωνι ἐν τῷ Ὑπερβόλῳ. λέγει γάρ τι περὶ τοῦ ἐπιλαγχάνειν τοῖς βουλευταῖς.*

εὐτυχεῖς, ω δέσποτα.
Β. Τί δ' ἔςι; Α. Βουλεύειν ὀλίγου ”λαχες πάνυ.
Ἀτὰρ οὐ λαχὼν ὅμως ἔλαχές, ἢν νοῦν ἔχῃς.
Α. Πῶς ἢν ἔχω νοῦν; Β. Ὅτι πονηρῷ καὶ ξένῳ
Ἐπέλαχες ἀνδρί· οὐδέπω γὰρ ἐλευθέρῳ.

καὶ ἐν ταὐτῷ·

Ἀπεῤῥ'· ἐγὼ δ' ὑμῖν τὸ πρᾶγμα δὴ φράσω,
Ὑπερβόλῳ βουλῆς γὰρ, ἄνδρες, ἐπέλαχον.

Eos versus ex prima fabula excerptos esse existimo: ac-

currit servus ad dominum, nuntians eum Hyperbolo senatorem esse subsortitum. Paulo loquacior servulus morosiori hero ambages, consilia et fortasse aliquid facetiarum non patienter audienti occinit, cui ille stomachans: *ἄπεῤῥε*, tum conversus ad spectatores paucis explicat fabulae argumentum. In constituenda lectione recepi emendationes virorum doctorum, quae certae videbantur. In vs. 3. codex *ἀγαρού*, quod Hanovius correxit *Exerc. Crit.* pag. 93. et vs. 4. *πῶς οὖν ἦν ἔχω*, quam *διττογραφίαν* emendavit Bekkerus. Praeter Hanovium egerunt de hoc loco Fritzschius in *Act. Societ. Gr.* I. 1. p. 139. Bergkius in *Comment.* pag. 312. et Meinekius in *Fragm. Com.* pag. 670. sq. Videamus de singulis. Vs. 2. *βουλεύειν ὀλίγου ̓́λαχες πάνυ.* i. e. *perparum abfuit, quin senator sortitus esses.* In vs. 3. offendit Bergkius, qui sic refingebat:

B. Ἀτὰρ οὐκ ἔλαχον. Α. ὅμως ἔλαχες, ἢν νοῦν ἔχῃς.

Meinekius totum adeo versiculum excidisse suspicatur, veluti:

B. Ἐγὼ γὰρ ἔλαχον; οὐδαμῶς μὰ τὸν Δία.

Sed omnia integerrima sunt. Nempe servus per iocosas ambages herum, quid facto opus sit, vult admonere: *sed quamquam non es sortitus, tamen, si sapis, sortitus es:* i. e. tamen tu senator eris. Quis nescit eiusmodi dicta, qualia sunt: *οὐ βλέπων ὅμως βλέπει*, aut *οὐ λαλοῦνθ' ὅμως λαλεῖ*, et alia sexcenta. Neque herus non intellexit, qui tantum quaerit, quo istud pacto efficere possit: *πῶς ἢν ἔχω νοῦν*, pro quo male Hanovius, plaudentibus Bergkio et Fritzschio, *πῶς νοῦν; ἔχω νοῦν* reponere volebat, quod languidum est et ineptum: quasi vero dominus istud *ἢν νοῦν ἔχῃς* pro

contumelia habuisset. Vs. 5. variis modis tentata est corrupta scriptura codicis *οὐδέπω γάρ*. Hanovius *κοὐδέπω γ'*, Fritzschius *μηδέπω γάρ*, quod recepit Meinekius, Bergkius *κοὐδαμῶς γ'*: nihil ex his certum est, neque tamen meliora succurrunt. Denique in vs. 7. vocabula *βουλῆς γάρ* ab reliquis distinxit Bekkerus: peius etiam *βουλὴν γάρ* rescribebat Fritzschius: servandum esse *βουλῆς*, quod ab *ἐπέλαχον* pendet, bene vidit Meinekius, et iam ante Meierus in *Allg. Liter. Zeit.* Nov. 1836. pag. 366.

II. Scholiast. Luciani ad *Tim.* § 30. T. I. p. 142. Hemst. *Ὑπέρβολος οὗτος, ὡς Ἀνδροτίων φησίν, Ἀντιφάνους ἦν, ὃν ὠστρακίσθαι διὰ φαυλότητα. — Πολύζηλος ἐν Δημοτυνδάρεῳ Φρύγα αὐτὸν εἶναι εἰς τὸ βάρβαρον σκώπτων φησί. Κρατῖνος δὲ ἐν Ὥραις ὡς παρελθόντος νέου τῷ βήματι μέμνηται καὶ παρ' ἡλικίαν, καὶ Ἀριστοφάνης Σφηξὶ καὶ Εὔπολις Πόλεσι. Πλάτων δὲ ὁ Κωμικὸς ἐν Ὑπερβόλῳ Λυδὸν αὐτόν φησιν εἶναι.*

III. Herodianus *περὶ μον. λέξ.* pag. 19, 25. *Ταραντῖνοι χωρὶς τοῦ γ̄ προφερόμενοι τὴν λέξιν (ὀλίγος) ἀναλογώτερον ἀποφαίνονται. — Πλάτων μέντοι ὁ Κωμικὸς ἐν Ὑπερβόλῳ διέπαιξε τὴν ἄνευ τοῦ γ̄ χρῆσιν ὡς βάρβαρον, λέγων οὕτως·*

Ὁ δ' οὐ γὰρ ἠττίκιζεν, ὦ Μοῖραι φίλαι!
Ἀλλ' ὁπότε μὲν χρείη διῃτώμην λέγειν
Ἔφασκε δητώμην, ὁπότε δ' εἰπεῖν δέοι
Ὀλίγον ὀλίον ἔλεγεν.

Frustra Meinekius vs. 1. *ὦ Μοῦσαι φίλαι* reposuit, quod Parcarum invocatio inepta videretur, at Musarum aptissima. Opposuit Bergkius *Commentt.* p. 313. auctoritatem Aristoph. *Thesmoph.* 700. *Ὦ πότνιαι*

Μοῖραι, τί δὴ δέρκομαι Νεοχμὸν αὖ τέρας. Sed imprimis huc facit locus Alciphronis, I. 38. *καὶ κείσεται λοιπὸν μόνη ἡ Βακχίς. ὡς ἄδικον, ὦ φίλαι Μοῖραι!* Vs. 2. et 3. Cod. *δικιτώμην* (facillimo errore incertum librarii, an eius, qui ad editionem descripsit) et *δὴ τῷ μήν*, unde Meinekius *διῃτώμην* (cf. Lysias *de caede Eratosth.* pag. 191.) et *ἔφασκ' ἐδιῃτώμην*, ratus duplicis augmenti usum in Hyperbolo notari. Sed neque constat hanc formam Atticis in usu non fuisse (praesertim quum Thucydideum *ἐξεδεδιῄτητο* I. 132. fere contrariam opinionem faceret potiorem) et levius est, quam ut in homine Lydo scilicet exploderetur. Itaque praestare credo *δῃτώμην* barbarum hominem dixisse putare, ut *ὀλίον*, quod vocabulum auribus Atticis fuit semper inauditum. Illud ipsum *ὀλίον* in Cod. omissum est, sed certa coniectura a viris doctis revocatum. Pro *ἔλεγεν* Bergkius *ἔλεξεν*, quod male convenit cum antec. *ἔφασκεν*.

IV. Scholiast. Arist. ad *Av.* 121. *εὔερον*] *οἷον μαλακήν, ὥσπερ σισύραν εὐέριον. Πλάτων· Καὶ τοσοῦτον εὐερίας ἀπολέλαυκεν ὁ Ὑπέρβολος, ὥστε αὐχμώτατός ἐστι. Κρατῖνος· γλῶσσαν εὐέρων βοτῶν. λέγει δὲ περὶ τῶν προβάτων.* Ex *Hyperbolo* excerptum esse, docet Suidas v. *εὔερον* — *Πλάτων Ὑπερβόλῳ· Καὶ τοσοῦτον τῆς ἐνερίας ἀπολέλαυκεν ὥστε ἀθλιωτάτη ἐστί.* Quis iocus aut omnino quae sententia his versibus contineatur, e misere corruptis vocabulis extricari non potest. Attigere Dobraeus *Annott. ad Nub.* 518. Vol. VII. 2. pag. 21. Dind. et Fritzschius in *Act. Soc. Gr.* I. 1. pag. 140. hic Glyconeos revocare voluit, ille Eupolideos, sed *Curando fieri quaedam maiora videmus Vulnera.*

Ceterae reliquiae, quae perexiguae sunt, ad nostrum propositum non faciunt. Consulto enim omisi fragmentum ex Plutarcho, quod errore traxit ad hanc fabulam Meinekius *H. C. C.* pag. 195. et *Fragm. Com.* pag. 669. Locus sic legitur in *vit. Alcib.* cap. XIII. *Πλάτων ὁ Κωμικὸς εἴρηκε τοῦ Ὑπερβόλου μνησθείς·*

> *Καίτοι πέπραγε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,*
> *Αὑτοῦ δὲ καὶ τῶν ϛιγμάτων ἀνάξια.*
> *Οὐ γὰρ τοιούτων οὕνεκ' ὄϛραχ' εὑρέθη.*

Et in *vit. Nic.* cap. XI. *Πλάτων ὁ Κωμικὸς εἴρηκε περὶ αὐτοῦ· Καίτοι πέπραγε κ. τ. λ.* In illo loco male editur *πέπραχε*, quod ab h. l. alienum est: nam *πεπραγέναι* non est exquisitius aut magis Atticum quam *πεπραχέναι*, quod voluere Grammatici (vid. Bekkeri *Anecd.* pag. 60. et Moer. pag. 293.), sed solum de *fortuna*, *qua quis utitur*, usurpari solet. Vs. 3. pro *εἵνεκ'* Meinekius *οὕνεκ'* substituit. Ex hoc autem fragmento collegit Meinekius *H. C. C.* pag. 195. *Hyperbolum* actam esse Olymp. XCI. 2., quo tempore Hyperbolus ostracismo eiectus patria carebat: quo simul satisfactum putat Bergkio, obiicienti legem Syracosii, qua hoc ipso anno *ὀνομαϛὶ κωμῳδεῖν* vetitum fuerat. Vid. p. 36. sqq. nempe legem non ad exsules pertinuisse.

Doleo viro eximio tam infelicem coniecturam excidere potuisse. Quid, Plato Hyperbolum, exutum omni auctoritate et gratia, eiectum Athenis, ac miseram vitam in Samo trahentem, integra comoedia ludos facere sustinuit? Eumne potuit inducere in scenam praesentem in urbe, deque dignitate senatoria *δοκιμασίαν* subeuntem? Nam illam rem in scena actam fuisse, liquido constat ex Fragm. I. Satisne perspicue dictum est:

Ὑπερβόλῳ βουλῆς γὰρ, ἄνδρες, ἐπέλαχον.

Neque obscurum est, quod herum ἐπιλαχόντα servulus admonet: *Quamquam non sortitus es, tamen in Senatum tu venies, si advigilaveris. Hyperbolum improbum hominem, peregrinum, servum esse arguito; facile vinces.* Rem conficit Harpocration: ἐκληροῦντο οἱ βουλεύειν — ἐφιέμενοι, ἔπειτα ἑκάστῳ τῶν λαχόντων ἕτερος ἐπελάγχανεν, ἵν' ἐὰν ὁ πρῶτος λαχὼν ἀποδοκιμασθῇ ἢ τελευτήσῃ ἀντ' ἐκείνου γένηται βουλευτὴς — ὁ ἐπιλαχὼν αὐτῷ. ὑποφαίνεται δὲ ταῦτα ἐν τῷ Πλάτωνος Ὑπερβόλῳ. Apparet nonnisi praesente Hyperbolo istud argumentum exhiberi potuisse, (nisi quis *Equites*, ut hoc utar, post interfectum Cleonem potuisse doceri existimet,) et sequitur hos versiculos ad aliam fabulam pertinuisse: decepit autem Meinekium Plutarchi dictum: τοῦ Ὑπερβόλου μνησθείς, quod multo minus diligenter de cognomini fabula scriptum fuisset, quam de quavis alia, quae qualis fuerit, deinde indagabimus.

Iam autem nullo negotio intelligitur, eodem modo errasse virum doctum in fragm. III, quos versus *nisi absente Hyperbolo scribi non potuisse manifestum esse* statuit: credo ob ἠττίκιζεν et ἔλεγεν. Sed componendus est similimus locus ex *Equitibus* vs. 626. sq.:

Ὁ δ' ἄρ' ἔνδον ἐλασίβροντ' ἀναῤῥηγνὺς ἔπη,
Τερατευόμενος ἤρειδε κατὰ τῶν ἱππέων.

Utrobique narratur quid in Senatu egerint Cleon et Hyperbolus. Scilicet ἐπιλαχὼν iste, servo bene monenti obsecutus (1), nequissimum hominem apud sena-

---

(1) Fuit quum suspicarer in hac ipsa Platonis fabula lectum fuisse lepidum fragmentum, sine nomine auctoris servatum apud

Ceterae reliquiae, quae perexiguae sunt, ad nostrum propositum non faciunt. Consulto enim omisi fragmentum ex Plutarcho, quod errore traxit ad hanc fabulam Meinekius *H. C. C.* pag. 195. et *Fragm. Com.* pag. 669. Locus sic legitur in *vit. Alcib.* cap. XIII. *Πλάτων ὁ Κωμικὸς εἴρηκε* τοῦ Ὑπερβόλου μνησθείς·

> *Καίτοι πέπραγε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,*
> *Αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν ςιγμάτων ἀνάξια.*
> *Οὐ γὰρ τοιούτων οὕνεκ' ὄςραχ' εὑρέθη.*

Et in *vit. Nic.* cap. XI. *Πλάτων ὁ Κωμικὸς εἴρηκε περὶ αὐτοῦ· Καίτοι πέπραγε κ. τ. λ.* In illo loco male editur *πέπραχε*, quod ab h. l. alienum est: nam *πεπραγέναι* non est exquisitius aut magis Atticum quam *πεπραχέναι*, quod voluere Grammatici (vid. Bekkeri *Anecd.* pag. 60. et Moer. pag. 293.), sed solum de *fortuna*, *qua quis utitur*, usurpari solet. Vs. 3. pro *εἵνεκ'* Meinekius *οὕνεκ'* substituit. Ex hoc autem fragmento collegit Meinekius *H. C. C.* pag. 195. *Hyperbolum* actam esse Olymp. XCI. 2., quo tempore Hyperbolus ostracismo eiectus patria carebat: quo simul satisfactum putat Bergkio, obiicienti legem Syracosii, qua hoc ipso anno *ὀνομαςὶ κωμῳδεῖν* vetitum fuerat. Vid. p. 36. sqq. nempe legem non ad exsules pertinuisse.

Doleo viro eximio tam infelicem coniecturam excidere potuisse. Quid, Plato Hyperbolum, exutum omni auctoritate et gratia, eiectum Athenis, ac miseram vitam in Samo trahentem, integra comoedia ludos facere sustinuit? Eumne potuit inducere in scenam praesentem in urbe, deque dignitate senatoria *δοκιμασίαν* subeuntem? Nam illam rem in scena actam fuisse, liquido constat ex Fragm. I. Satisne perspicue dictum est:

Ὑπερβόλῳ βουλῆς γὰρ, ἄνδρες, ἐπέλαχον.

Neque obscurum est, quod herum ἐπιλαχόντα servulus admonet: *Quamquam non sortitus es, tamen in Senatum tu venies, si advigilaveris. Hyperbolum improbum hominem, peregrinum, servum esse arguito; facile vinces.* Rem conficit Harpocration: ἐκληροῦντο οἱ βουλεύειν — ἐφιέμενοι, ἔπειτα ἑκάστῳ τῶν λαχόντων ἕτερος ἐπελάγχανεν, ἵν' ἐὰν ὁ πρῶτος λαχὼν ἀποδοκιμασθῇ ἢ τελευτήσῃ ἀντ' ἐκείνου γένηται βουλευτὴς — ὁ ἐπιλαχὼν αὐτῷ. ὑποφαίνεται δὲ ταῦτα ἐν τῷ Πλάτωνος Ὑπερβόλῳ. Apparet nonnisi praesente Hyperbolo istud argumentum exhiberi potuisse, (nisi quis *Equites*, ut hoc utar, post interfectum Cleonem potuisse doceri existimet,) et sequitur hos versiculos ad aliam fabulam pertinuisse: decepit autem Meinekium Plutarchi dictum: τοῦ Ὑπερβόλου μνησθείς, quod multo minus diligenter de cognomini fabula scriptum fuisset, quam de quavis alia, quae qualis fuerit, deinde indagabimus.

Iam autem nullo negotio intelligitur, eodem modo errasse virum doctum in fragm. III, quos versus *nisi absente Hyperbolo scribi non potuisse manifestum esse* statuit: credo ob ἠττίκιζεν et ἔλεγεν. Sed componendus est similimus locus ex *Equitibus* vs. 626. sq.:

Ὁ δ' ἄρ' ἔνδον ἐλασίβροντ' ἀναῤῥηγνὺς ἔπη,
Τερατευόμενος ἤρειδε κατὰ τῶν ἱππέων.

Utrobique narratur quid in Senatu egerint Cleon et Hyperbolus. Scilicet ἐπιλαχὼν iste, servo bene monenti obsecutus (1), nequissimum hominem apud sena-

---

(1) Fuit quum suspicarer in hac ipsa Platonis fabula lectum fuisse lepidum fragmentum, sine nomine auctoris servatum apud

tum accusaverat, obieceratque servilem originem (vid. Fragm. II.), vitae sordes, flagitia in reip. administratione. Dixerat causam iste, sed barbaram stirpem vel oratio arguerat: quod refert ille, devicto adversario, prorsus eodem modo, quo Agoracritum vidimus. Nam turpiter cecidisse causa Hyperbolum et *ἐκφυλλοφορηθῆναι* non est, quod dubitemus. Ac possit huc trahi locus Athenaei II. p. 56. F. *ὑποκοριστικῶς δ' εἴρηκε Πλάτων ἐν Ὑπερβόλῳ Φύλλιον ἢ ῥαφανίδιον:* quamquam hoc nimis incertum esse fateor.

Quandoquidem igitur his indiciis satis constat, Fabulam actam esse, quo tempore Hyperbolus male parta auctoritate Athenis abutebatur, faciendum periculum est, an forte ipsum annum, quo nequissimum hominem Plato luserit, probabili coniectura indagare possimus. Eximius est in hac quaestione locus Aristophanis in *Nubibus*. vs. 551. seqq. ubi irridens aemulos, qui Hyperbolum fecerant iocorum materiam, sic scribit:

Οὗτοι δ' ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος,
Τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα.
Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,
Ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς,
Προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην τοῦ κόρδακος οὕνεχ', ἣν
Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν.
Εἶτ' αὖθις Ἕρμιππος ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον.
Ἄλλοι τ' ἤδη πάντες ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον
Τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων τῶν ἐμῶν μιμούμενοι.

Hermog. *περὶ μεθ. δειν.* cap. XXXIV. (T. III. pag. 441. Walz.) *τὰ δὲ παρὰ προσδοκίαν οὕτω·*

Βδελυρὸν μὲν οὖν τὸ πρᾶγμα κοὐκ ἂν ἐβουλόμην
Λαχεῖν, ἐπειδὴ δ' ἔλαχον οὐκ ἂν ἐβουλόμην.

Sed videant alii.

Itaque primus Eupolis, deinde Hermippus ludificati erant Hyperbolum: tum *alii* hoc ipso tempore, quo hanc partem Parabaseos scribebat Aristophanes, in eodem argumento in scenam exhibendo versabantur. Atqui praeter illos nemo nisi Plato fabulam in Hyperbolum docuit: quamobrem paene certum est, hunc ipsum illis versibus acerbe perstringi. Tenendum ergo est, et extremum omnium Platonem in hac materia operam posuisse, et docuisse Comoediam, priusquam homo importunus sollertia Alcibiadis Athenis exturbatus est. Eupolidis *Μαρικᾶς* acta est Olymp. LXXXIX. 3. anno post Nubes tertio, vid. Schol. ad *Nub.* 552.

Quaerendum igitur est, quo anno patria exciderit, quo reperto arctissimis finibus circumseptum erit spatium, quo Fabula potuerit doceri.

Meinekius autem *H. C. C.* p. 193. in exsilium eiectum esse hominem statuit Olymp. XCI. 1. quem sequitur Fritzschius ad *Thesmoph.* p. 306. incertum quo argumento. At certius illius temporis indicium praebere potest Theopompus ap, Schol. Arist. *Vesp.* 1042. (1001.) *Θεόπομπος δέ φησι καὶ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ καταποντωθῆναι γράφων, ὅτε (ὅτι) ἐξωστράκισαν τὸν Ὑπέρβολον ἓξ ἔτη. ὁ δὲ καταπλεύσας εἰς Σάμον καὶ τὴν οἴκησιν αὐτοῦ ποιησάμενος ἀπέθανε. τούτου τὸν νεκρὸν εἰς ἀσκὸν ἀγαγόντες εἰς τὸ πέλαγος κατεπόντισαν*: ubi frustra corrigere voluit Meinekius. p. 914. *δέκα ἔτη*, (nam neque haec addere opus erat, et scribendum fuisset *εἰς δέκα ἔτη*) sed explicandum est sic: *ostracismo eiecerunt hominem, in quo exsilio sex annos vixit.* Occisus autem est Olymp. XCII. 1. quod constat certissima auctoritate Thucydidis VIII. 73. unde sequitur turbulentum hominem Olymp. XC. ¾ Athenis

fuisse expulsum. Etiam aliunde haec argumentatio corroborari potest. Alcibiades ἡλικίᾳ μὲν ἔτι τότε ὢν νέος (Thucyd. V. 43.) quum Niciam astu circumvenisset, effecerat ut foedus cum Argivis componeretur, Olymp. XC. 1.: quo facto imprimis acerrima inter utrumque contentio exarsit. Uterque quum partam gratia populi auctoritatem quibus poterat modis confirmare studeret, coepit paulatim populo potentior quam pro privato videri: ὡς οὖν ὁ δῆμος ἔμελλεν ἐκφέρειν τὸ ὄςρακον καὶ δῆλος ἦν τὸν ἕτερον γράψων, διαλεχθέντες ἀλλήλοις καὶ τὰς ςάσεις ἑκατέρας εἰς ταὐτὸ συναγαγόντες τὸν Ὑπέρβολον ἐξοςρακισθῆναι παρεσκεύασαν. (Plut. in *Arist.* cap. VII.) quae tertio fere anno post foedus Argivum accidisse aliquanto magis est simile veri, quam illis ipsis temporibus, quum expeditio Sicula pararetur. Itaque inter Olymp. LXXXIX. 3. et XC. 3. acta est primum Hermippi fabula Ἀρτοπώλιδες, quam indicat Aristophanes vs. 557, deinde Ὑπέρβολος Platonis: illa, opinor, anno quarto Olymp. LXXXIX, haec primo an secundo Olymp. XC^{no}.

Sed nondum omittenda haec disputatio est, antequam exploraverimus possitne eadem opera indagari, quo anno secunda *Nubium* editio ab Aristophane in lucem fuerit edita: quoniam hanc rem diu multumque doctos homines video exercuisse. Constat nunc quidem inter omnes, explosam fabulam numquam fuisse iterum in certamen propositam, sed editam a Poëta tam egregie emendatam et perpolitam, ut iniqua spectatorum iudicia splendide confutare posset. Quam rationem ac modum in emendanda fabula secutus sit, difficile dictu est, notumque quid hac de re molitus sit Fritzschius in *Quaestt. Arist.* pag. 111. sqq.

qui non priorem magis editionem quam prorsus diversam fabulam fuisse sibi persuasit, abusus et aliis locis, et imprimis Parabasi *Vesparum* vs. 1037. sqq. quem locum nunc rectius explicuit Th. Bergkius ad *Fragm. Arist.* p. 1113. sqq. Melius acquiescetur iis, quae scripsit doctus Grammaticus in Argum. ult. Bekkeri, quem quidem ipse Fritzschius l. l. p. 142. *Nubes priores* legisse et cum nostris comparasse non negat, at mox (opinionis suae captus amore) ita legisse arguit, ac si omnibus sensibus fuisset captus. Et serio quidem de eo triumphat, quod dixerit *ἡ παράβασις τοῦ χοροῦ ἤμειπται*, quum satis constet partem maiorem vs. 562—626. in priore fabula lectam fuisse. Sed illum locum dicit eruditus Grammaticus, ubi Poëta ex sua persona cum spectatoribus colloquitur, quem eximie *Parabasin* vocabant. Hunc igitur locum primae editionis Poëta delevit, et novam scripsit Parabasin vs. 518—562., ubi de iniquitate spectatorum queritur, qui unam omnium praestantissimam Comoediam contumeliose sprevissent. Eadem indignatione explodit aemulos omnes, qui sterili ingenio eadem semper argumenta ad fastidium decantarent. Enumerat autem illas Comoedias, quae post *Nubes* essent actae: primum Eupolidis *Μαρικᾶν* Olymp. LXXXIX. 3. (1) Hermippi *Ἀρτοπώλιδας brevi post* doctam, itaque fortasse insequenti anno; denique

Ἄλλοι τ' ἤδη πάντες (ait) *ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον.*

---

(1) Erraverunt Meinekius *H. C. C.* p. 139. Bergk. *Comm.* p. 309. Fritzsch. in *Act. S. Gr.* p. 128. quum anno quarto illius Olymp. doctam esse fabulam colligerent ex Schol. *Nub.* vs. 592. (*αἱ Διδασκαλίαι*) *φέρουσιν ὕςερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν*: nam sic scriptum fuisset *τρισὶν ἔτεσιν.*

quibus verbis haud obscure indicatur Comoedia, quae *tunc maxime* in Hyperbolum aut scribebatur aut agebatur: atqui quoniam *statim post* Hermippum in ea re elaborasse Platonem nunc compertum est, sequitur et ad illius cavillationem hunc versiculum fecisse Aristophanem, et editam esse fabulam, in qua sic scripserat, eodem quo *Hyperbolum* anno Olymp. XC.$\frac{1}{2}$.

Venio nunc ad *Cleophontem*, quam fabulam simul cum Aristophanis *Ranis* et *Musis* Phrynichi docuit et tulit tertias Olymp. XCIII. 3. Didascalia *Ranar.* *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος, τοῦ μετὰ Ἀντιγένη, ἐπὶ Ληναίῳ. Φιλωνίδης ἐπεγράφη καὶ ἐνίκα, Φρύνιχος δεύτερος Μούσαις, Πλάτων τρίτος Κλεοφῶντι.* Praemittam, ut in reliquis, fragmenta, deinde paucis memoriam Cleophontis ita illustrabo ut appareat, quid Comicorum virulentiam imprimis illo anno in audacem Demagogum concitaverit.

I. Schol. Arist. ad *Nub.* vs. 690. *Κλεοφῶν στρατηγὸς τῶν Ἀθηναίων. καὶ εἰς τοῦτον τὸν δημαγωγὸν δρᾶμα φέρεται Πλάτωνος, καὶ ἐπιγράφεται ὁμωνύμως αὐτῷ Κλεοφῶν. Τοῦτον κωμῳδεῖ ὡς ξένον καὶ ἀμαθῆ καὶ φλύαρον καὶ δυσγενῆ. Θρᾶκα γὰρ αὐτὸν ἔλεγεν. Ἀντεποιεῖτο δὲ τῶν πρωτείων τῆς πόλεως.* Descripsit haec Suidas v. *Φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος*, ubi nonnihil perturbata eadem leguntur. Negavit autem Fritzschius ad *Thesmoph.* pag. 301. Cleophontem umquam fuisse Atheniensium *στρατηγόν*, et *τραγικός* reponere voluit, ut Scholiasta scilicet turpissimo errore Demagogum cum Tragico confuderit. Sed non opus est ea machina, quum veri sit simillimum potentem Demagogum, licet numquam exercitui praefuerit, cupide ambiisse *στρατηγίαν*, neque frustra fuisse. Idem fece-

rant ceteri duces populi, quos non δημαγωγία opibus male partis ditavit, sed ςρατηγία. Cleonem ςρατηγῆσαι notum est. Hyperbolus fuit ςρατηγός. Vid. Schol. Arist. *Acharn.* 846. Cf. Arist. *Equitt.* 1303. sqq. de eodem

Οὐ γὰρ ἡμῶν γε ςρατηγῶν ἐγχανεῖται τῇ πόλει,

unde liquido apparet aut potitum esse honore turbulentum hominem, aut certe tum maxime avide ambiisse. Nequissimum Aristarchum praetorem indignatur Eupolis in *Autolyco:*

Ἤδη γὰρ Ἀρίςαρχον ςρατηγοῦντ' ἄχθομαι.

Vide Meinek. *F. P. C.* pag. 442. Eiusdem eximius de hac re locus est apud Stob. *Serm.* III. 9.

ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει πρῶτον μὲν οἱ ςρατηγοὶ
Ἐκ τῶν μεγίςων οἰκιῶν, πλούτῳ γένει τε πρῶτοι,
Οἷς ὡσπερεὶ θεοῖσιν ηὐχόμεσθα, καὶ γὰρ ἦσαν.
Ὥς' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν, νυνὶ δ' ὅποι τύχοιμεν
Στρατευόμεσθ' αἱρούμενοι καθάρματα ςρατηγούς.

Etiam acerbius idem ἐν Πόλεσιν apud Athen. X. pag. 425. A.

Οὓς οὐκ ἂν εἵλεσθ' οὐδ' ἂν οἰνόπτας πρὸ τοῦ,
Νυνὶ ςρατηγοὺς ——, ὦ πόλις, πόλις,
Ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς.

Post ςρατηγοὺς excidit ἔχομεν aut simile quid. Cf. Arist. *Eq.* vs. 288. Idem in Cleophonte accidisse apparet e Lysiae Orat. *de bonis Arist.* p. 651. Κλεοφῶντα δὲ πάντες ἴςε, ὅτι πολλὰ ἔτη διεχείρισε τὰ τῆς πόλεως πάντα καὶ προσεδοκᾶτο πάμπολλα ἐκ τῆς ἀρχῆς ἔχειν. Nempe non aliam ἀρχὴν melius quam ςρατηγίαν hic intelligi liquet e Lys. *in Agorat.* p. 452. εἰς ἀγῶνα Κλεοφῶντα καθιςᾶσιν πρόφασιν μὲν ὅτι οὐκ ἦλθεν εἰς τὰ ὅπλα ἀναπαυσόμενος, quae criminatio est in ςρατηγόν, quod non fefellit Bremium ad h. l. Ceterum ne

quis verba *τοῦτον κωμῳδεῖ — δυσγενῆ* ad Platonis fabulam credat pertinere, bene admonuit Fritzsch. p. 301.

II. Schol. Arist. *Ran.* vs. 693. (Cleophon) *κωμῳδεῖται ὡς υἱὸς Θρᾴσσης. οὗτος δὲ ἦν ὁ καλούμενος Κλεοφῶν ὁ λυροποιός. καὶ Πλάτων ἐν Κλεοφῶντι δράματι βαρβαρίζουσαν πρὸς αὐτὸν πεποίηκε τὴν μητέρα.* Ex Thracia oriundum fuisse Cleophontem significat Aristophanes lepidis versibus in *Ran.* vs. 678. sqq. *Φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος, ἐφ' οὗ δὴ Χείλεσιν ἀμφιλάλοις δεινὸν ἐπιβρέμεται Θρηκία χελιδών.* Neque aliter Scholiast. Eurip. ad *Orest.* vs. 903. *Θέλει δὲ εἰπεῖν Ἀθηναῖον οὐκ Ἀθηναῖον ὄντα αὐτὸν, ἀλλὰ νόθον πολίτην, παρόσον Θρᾷξ ἦν ἐκ Δελφῶν ὁ Κλεοφῶν.* ubi *ἐκ Δελφῶν* esse vitiosam scripturam nominis *Κλεοφῶν* una litura sanandam monuit Ruhnkenius *H. C. Orat. Gr.* pag. XLV. cuius emendationis praestantiam quum non sentiret Fritzschius pag. 300. *ἐκ Δεσιλῶν* reposuit vel *ἐκ Δάτου* vel *ἐκ Δατηνίων*: quae coniecturae nil nisi ostendunt quam acute viderit Ruhnkenius. Cleophontis cognomen *ὁ λυροποιός* saepe commemoratur. Vid. Andoc. *de Myster.* pag. 73. Aeschin. *de Fals. Legat.* pag. 254. Scholiast. Rav. ad *Thesmoph.* vs. 805. Nonnunquam, ut in hoc ipso scholio, in *τυροποιός* abiit, quod doctis hominibus fraudi fuit, vid. Fritzsch. pag. 301. Adhaesit autem homini ex aequalium contumelia, ut plerisque Demagogis, qui prius humilem quaestum factitassent, ex ludibrio imprimis Comicorum cognomen inde petitum adhaerere solebat. Sic Cleon *βυρσοπώλης* dictus est, Lysicles *προβατοπώλης*, Eucrates *ϛυππειοπώλης*, Hyperbolus *λυχνοπώλης* aut *λυχνοποιός*, Demosthenes nonnumquam *μαχαιροποιός*. Hinc explicandus est Plu-

tarchus aut quicunque scripsit *de vit. X. Orat.* p. 836. E.: *ὅθεν εἰς τοὺς αὐλοὺς κεκωμῴδηται* (ὁ *Ἰσοκράτης*) *ὑπ' Ἀριϛοφάνους καὶ Στράττιδος:* nempe contumeliose *αὐλοτρύπης* dictitabatur. Vid. Meinek. *Fragm. P. C.* p. 765.

III. Athen. VII. pag. 315. C. *Πλάτων Κλεοφῶντι.*

σὲ γὰρ γραῦ συγκατῴκισεν σαπρὰν
Ὀρφῶσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βοράν.

Apparet compellari matrem Cleophontis, anum decrepitam: sed non tantum numeri, sed tota sententia laborat. Porsonus in *Advers.* p. 99. coniecit: *Σὲ γὰρ* (*τίς, ὦ*) *γραῦ, κ. τ. λ.* Fritzschius *Quaest. Arist.* p. 255. *Τοίγαρ σε γραῒ συγκατῴκισεν σαπρᾷ κ. τ. λ.* sed non immerito sibi ipse non satisfacit. Ceterum collegit ex his verbis Meinekius *H. C. C.* p. 172. Platonem istam aniculam *piscibus devorandam obiecisse.* Ornavit eam suspicionem Fritzschius in *Act. Soc. Gr.* I. 1. p. 133. ubi multis exemplis ostendit Comicos in fabulis vetulas belluis obiicere devorandas. Ac sane potuit sic ludi iocosa imitatione Andromedae Euripideae, ut in *Thesmoph.* vs. 1032. *κήτει βορὰ Γλαυκέτῃ πρόκειμαι:* potuit etiam aliis modis, sed quo pacto e loco, de quo agimus, huiusmodi quid possit extricari, fateor me non intelligere: quod neque *συγκατοικίζειν* in ista re poni potuit, neque a cetis aut aliis belluis sed a minutissimis pisciculis aniculae imminet exitium, qualia sunt *σελάχια.* Felicius ingenium inveniet, spero, aliquid ingenioso Poëta dignum. Ista autem *σελαχίων* mentio admonet fragmenti Eupolidis etiamnunc misere laborantis, cui obiter opem ferre conabimur. Locus est apud Erotian. *Gl. Hipp.* p. 348. *Σελαχίοισι, τοῖς μικροῖς ἰχθυδίοις. — Μέμνηται — Εὔπολις ἐν Αἰξὶ λέγων. ὡς*

ἤ ποτ' αὐτὸν ἦν κάμῃ τις, εὐθέως ἐρεῖ πρὸς αὐτόν, πρίω μοι σελάχιον. *B.* τί δ' ἦν λύκον; *A.* Κεκράξεται φράσει τε πρὸς τὸν αἰπόλον: sic locum legit Meinekius, qui trimetros restituere conatus est in *F. P. C.* p. 428. Malim revocare tetrametros sic scriptos:

— — — αὐτῶν ἦν κάμῃ τις, εὐθέως πρὸς αὐτὸν
Ἐρεῖ· πρίω μοι σελάχιον. *B.* τί δ' ἦν ἴδῃ λύκον τις;
A. Κεκράξεται φράσει τε πρὸς τὸν αἰπόλον (δραμοῦσα.)

IV. Phrynich. in Bekkeri *Anecd. Gr.* p. 9, 6. Ἀναψαθάλλειν τὸ πέος. ἀνατρίβειν. — Ἕρμιππος ἄνευ προθέσεως λέγει ψαθάλλειν ἀντὶ τοῦ κνᾶν — καὶ Πλάτων ἐν Κλεοφῶντι· ἐψάθαλλε λεῖος ὤν. Quod edebatur Κλειτοφῶντι correxit Meinek. *H. C. C.* pag. 173. Ante ἐψάθαλλε Bergkius πέος excidisse putat ad *Arist. Fragm.* p. 956. quo haud scio an opus sit. Ipsi Cleophonti istae nequitiae obiici videntur, nam eiusdem turpes libidines ab Aristophane notantur in *Thesmoph.* vs. 805.

Καὶ μὴν δὴ καὶ Κλεοφῶν χείρων πάντως δήπου Σαλαβακχοῦς.

ubi nequissima meretricula libidinosior arguitur.

V. Συναγ. λέξ. χρ. in *Anecd. Bekk.* p. 418, 15. Ἀπαρτί. παρὰ τοῖς Κωμικοῖς τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου. — Πλάτων Κλεοφῶντι·

Ἀλλ' αὐτὸς ἀπαρτὶ κἀλλότρι' οἰχήσει φέρων.

Editur αὐτό: sed bene correxit Bergk. *Comm.* p. 384. αὐτός, quod recepit Meinekius *F. P. C.* p. 634.

VI. Eustathius ad Odyss. p. 1441, 26. οὕτω καὶ λαγγίζατον καὶ κλεπτίζατον — καὶ Πλάτων Κλεοφῶντι

Ἵν' ἀπαλλαγῶμεν ἀνδρὸς ἁρπαγιζάτου.

Idem fragmentum exstat in Etymol. Magn. p. 31, 13.

ubi pro *Πλάτων* legebatur *Πλατανιςαῖς*, correctum a Porsono: vid. Meinek. p. 635.

VII. Poll. X. 56: *Πλάτων ὁ Κωμικὸς ἐν Κλεοφῶντι μαράγναν τὴν μάςιγα ὠνόμασεν. Μαράγναν παροξυτόνως* auctoritate Herodiani scripsit Meinekius, quem vide p. 636. Hesychius *Σμαράγνα. μάςιξ. ῥάβδος. καὶ χωρὶς τοῦ σ.* et *Μαράγνᾳ. γῇ* (imo *τῇ*) *ταυρείᾳ.* et *Μάραινα, μάςιξ, ῥάβδος, ταυρία* (-*εία*.) ubi vid. Intt. *Μαράγνα* igitur est *scutica e corio bubulo*, Latinis *taurea* (Iuven. *Sat.* VI. 492.) et indicat supplicii servilis genus: ut in loco *Rhesi*, quem attulit Kühnius ad Poll. l. l. ubi Hector ira incensus Rhesi aurigam sic compellat vs. 807.

Ἤτοι μαράγνα γ' ἢ καρανιςὴς μόρος
Μένει σε δρῶντα τοιάδ'.

quare magnam habet veri speciem, in ea Platonis fabula Cleophontem ipsum, servum Thracem, istam servilem poenam aut anxie metuisse aut sensisse. Nam turbulentum Demagogum servilis conditionis fuisse ac malis artibus in civitatem Atticam irrepsisse, docere potest Aeschines *de Fals. Legat.* p. 254. sq. cuius locum, quamvis longiorem, non gravabor adscribere, quia eum ab hominibus doctis video minus recte intellectum esse. Monet Orator, ita oportere aemulari maiores, ut caveatur ab erroribus, quibus illi graviter sint lapsi: cuius rei hoc affert exemplum: (*οἱ Ἀθηναῖοι*) *ἡττημένοι τῷ πολέμῳ, προκαλουμένων αὐτοὺς Λακεδαιμονίων εἰρήνην ἄγειν ἔχοντας πρὸς τῇ Ἀττικῇ Λῆμνον καὶ Ἴμβρον καὶ Σκῦρον καὶ δημοκρατουμένους κατὰ τοὺς νόμους, τούτων μὲν οὐδὲν ἤθελον ποιεῖν, πολεμεῖν δὲ προῃροῦντο, οὐ δυνάμενοι. Κλεοφῶν δὲ ὁ λυροποιὸς, ὃν πολλοὶ δεδεμένον ἐν πέδαις ἐμνημόνευον,*

παρεγγραφεὶς αἰσχρῶς πολίτης καὶ διεφθαρκὼς νομῇ χρημάτων τὸν δῆμον, ἀποκόψειν ἠπείλει μαχαίρᾳ τὸν τράχηλον, εἴ τις εἰρήνης μνησθήσεται. ubi verba, quae distinximus, ita accepit Meierus in libro *De bonis damnatorum*. pag. 218. quasi Cleophon accusatus ξενίας iudicum sententiis condemnatus et in vinculis aliquando fuisse diceretur. Hinc autem nascitur gravissima difficultas, qui fieri potuerit, ut idem homo capessiverit remp. et maxima auctoritate valuerit: quam Meierus non potuit expedire, nisi coniecturis audacibus et incertissimis. Sed si Aeschines istud dicere voluisset, debuerat παρεγγραφέντα et διεφθαρκότα scribere: nunc nihil aliud dicit, nisi *meminisse multos, quum iste Cleophon*, servus nequam, *haberet compedes*, ac deinde hominem αἰσχρῶς παρεγγραφῆναι.

VII. Denique non ad aliam Platonis comoediam arbitror referendum luculentissimum fragmentum, quod sine fabulae indicio servavit Plutarchus in *Reip Gerend. Praec.* cap. IV. Οἱ δῆμοι διὰ τρυφὴν καὶ ὕβριν ἢ βελτιόνων ἀπορίᾳ δημαγωγῶν χρῶνται τοῖς ἐπιτυχοῦσι, βδελυττόμενοι καὶ καταφρονοῦντες, εἶτα χαίρουσι τοιούτων εἰς αὐτοὺς λεγομένων, οἷα Πλάτων ὁ Κωμικὸς τὸν Δῆμον αὐτὸν λέγοντα ποιεῖ·

> Λαβοῦ, λαβοῦ τῆς χειρὸς ὡς τάχιστά μου,
> Μέλλω στρατηγὸν χειροτονεῖν Ἀγύῤῥιον.

καὶ πάλιν αἰτοῦντα λεκάνην καὶ πτερὸν, ὅπως ἐμέσῃ, λέγοντα·

> Προσίσταταί μου πρὸς τὸ βῆμα Μαντίλη,

καὶ

> Βόσκει δυσώδη Κέφαλον, αἰσχίστην νόσον.

Hunc locum insigni errore Meinekius in *H. C. C.* pag. 161. excerptum ait e fabula, non ante annum tertium

Olymp. XCVII. acta; quo ipso anno scilicet Agyrrhius iste a populo Praetor creatus sit. Sed perspicuum est his versiculis rideri hominem inepte *σπουδαρχίδην*, non potitum Praeturae honore, sed avide inhiantem. Quis enim non videt Poëtam de industria nominare illum hominem, quem omnes hoc honore censerent indignissimum. Sed, quod rem conficit, fabula, in qua *Δῆμος* ipse agebatur in scena, sine controversia pertinet ad eam Comoediae aetatem, qua nullis impedita legibus aut temporum iniquitate Poëtae omnes impune *ὀνομαστὶ ἐκωμῴδουν*: nam quis in *Comoedia Media* ponat fabulam *Equitibus* similem? Itaque ex Agyrrhii mentione tutius conficitur, hos versiculos circa Olymp. XCIII. exeuntem scriptos esse, quum crescens turbulenti hominis potentia dicacitatem Comicorum excitaverat: vid. pag. 48. sq. Quum autem constet, illius Olympiadis anno tertio antiquam Comoediam totis insurrexisse viribus (vid. pag. 48.) haud temere rationem colligas, non alio tempore huiusmodi audaciam Poëtae impune abire potuisse, quam quum illo ipso anno importunum Demagogum acerrime exagitaret.

Ceterum tres locos eiusdem poëtae esse et ex eadem fabula excerptos, clarum est et satis ostendere potest vel *καὶ πάλιν*: cum verbis *αἰτοῦντα λεκάνην καὶ πτερὸν* apposite contulit Meinekius Cratini dictum *ἐν Ὥραις* apud Poll. X. 76.

Μῶν βδελυγμία σ' ἔχει;
Πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην ἐνεγκάτω.

Sed perperam versiculum sequentem mutato *μου* in *μοι* sic interpretatur: *Nauseam mihi facit matula in suggestu oratorio:* nam neque *μαντίλη* (quod producit penultimam, unde Lat. *mantile*. Cf. Poll. VII. 74.)

matula est; neque πρὸς τὸ βῆμα ea significatione Graece dici potest. Restituendum est simile σκῶμμα in Demagogum aliquem, atque in duobus aliis; quare suspicor leg. esse: πρόσειμι γάρ μοι πρὸς τὸ βῆμα — — tum exsculpendum e corruptis syllabis ματτιλη nomen alicuius Demagogi, quo accedente Δῆμος vomituriat. In tertio loco, quum ederetur κεφαλήν, quod numeros et sententiam pessumdat, palmaria emendatione correxit utrumque Elmsleius qui Κέφαλον restituit ad *Acharn.* vs. 584. Etiam Porsonus in idem inciderat: vid. *Annott. Pors.* et *Dobr.* ad *Acharn.* vs. 318. pag. 555. Dindorf. Ad Βοῦνι intelligendum esse ὁ Δῆμος bene monet Meinekius. Ultima verba Gataker. in *Advers. Miscell.* pag. 77. ducta putat ex Eurip. *Orest.* vs. 10.

'Ακόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἴσχιστην νόσον.

quod speciosum est.

Praemissis igitur his fabulae reliquiis operae pretium me facturum arbitror, si Cleophontis vitam et rationem, quam in rep. gerenda secutus est, paulo enucleatius enarravero; unde apparebit, quamobrem hoc ipso anno, quo acta est ista comoedia, quam maxime indignationem et odium Comicorum incenderit.

Accessisse ad remp. primum Olymp. XCII. 1. videtur Fritzschio ad *Thesmoph.* pag. 306. et item aliis. Sed non desunt, unde aliquanto prius in gratiam populi sese insinuasse hominem colligere possimus. Huc traxerim et Himerii locum Eol. XXXVI. pag. 318. Wernsd.: 'Εσυκοφάντει Περικλέα Κλέων, ἔφυγε Νικίας Ὑπέρβολον, Δημάδης δ' ἔκρινε Δημοσθένην, Κλεοφῶν Ἀλκιβιάδην ἐγράφετο, ἀνὴρ ἐλοιδόρει Θεμιστοκλέα

Σερίφιος. et Andocidis *de Myster.* pag. 73. *Οὐκ ὄνειδος ὑμῖν ἐστιν ἡ Ἀνδοκίδου καὶ Λεωγόρου οἰκία οὖσα, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τότ' ἦν ὄνειδος, ὅτ', ἐμοῦ φεύγοντος, Κλεοφῶν αὐτὴν ὁ λυροποιὸς ᾤκει.* Nempe ista accusatio Alcibiadis non de obscura quadam et leviori criminatione accipienda est, sed pertinet ad Olymp. XCI. 1, quum absens in Sicilia impietatis postularetur: quare imprimis de Cleophonte cogitandum est in Thucyd. VI. 61., fuitque inter eos, qui Thucydidi dicuntur *μάλιστα τῷ Ἀλκιβιάδῃ ἀχθόμενοι ἐμποδὼν ὄντι σφίσι μὴ αὐτοῖς τοῦ δήμου βεβαίως προεστάναι καὶ νομίσαντες, εἰ αὐτὸν ἐξελάσειαν, πρῶτοι ἂν εἶναι.* VI. 28. neque multum fallatur, qui in Hyperboli male partam auctoritatem et gratiam populi successisse Cleophontem existimet. Eodem pertinet locus Andocidis, nam sic demum pudori fuit urbi Cleophon Andocidis aedibus inhabitans, si ipsius Demagogi in expellendo veteri domino aliquae fuissent partes, aut certe si malis artibus eas e miseri exsulis opibus fecisset suas.

Ab hoc inde tempore plurimum in rep. valens post calamitatem Siculam unus omnium Demagogorum potentissimus exstitit. Illius enim opera factum est, ut, quum Alcibiades Lacedaemonios et Mindarum gravi clade ad Cyzicum afflixisset legatique de componenda pace Athenas essent missi, Athenienses oblatas pacis conditiones reiecerint. Huius rei indicium debetur Philochoro apud Schol. ad Eurip. *Orest.* vs. 770.

Δεινὸν οἱ πολλοὶ κακούργους ὅταν ἔχωσι προστάτας.

ubi adscripsit: *εἰς Κλεοφῶντα ταῦτα αἰνίττεται πρὸ ἐτῶν δύο ἐμποδίσαντα ταῖς σπονδαῖς* (egit autem *Orestem* Euripides Olymp. XCII. 4.) et in alio scholio:

Ἴσως αἰνίττεται πρὸς τὰς καθ' αὑτὸν δημαγωγίας. μήποτε δὲ εἰς Κλεοφῶντα. πρὸ ἐτῶν γὰρ δύο τῆς διδασκαλίας τοῦ Ὀρέστου οὗτός ἐστιν ὁ κωλύσας σπονδὰς γενέσθαι Ἀθηναίοις πρὸς Λακεδαιμονίους, ὡς Φιλόχορος ἱστορεῖ. quae verissime Grammaticos animadvertisse arbitror (Cf. Valcken. *Diatr.* pag. 256.), nam quod obiicit Fritzschius ad *Thesm.* pag. 299. latissime patere hanc sententiam, neque magis in Cleophontem, quam in Cleonem, Hyperbolum, alios dici potuisse, respondendum est, multo magis et Tragico et spectatoribus obversatos esse qui nuper remp. temeritate pessumdedissent, quam qui aliquamdiu ante obiissent. Quamobrem etiam in alio eiusdem Tragoediae loco eximio vere admonuisse credo veteres Criticos ipsum Cleophontem a Poëta describi: nempe ait vs. 902. sqq.

κἀπὶ τῷδ' ἀνίσταται
Ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἰσχύων θράσει,
Ἀ ρ γ ε ῖ ο ς ο ὐ κ Ἀ ρ γ ε ῖ ο ς, ἠναγκασμένος,
Θορύβῳ τε πίσυνος κἀμαθεῖ παῤῥησίᾳ
Πίσυνος ἔτ' αὐτοὺς περιβαλεῖν κακῷ τινι.

ubi Schol. *ὁ Κλεοφῶν ἀνὴρ ἀθυρόγλωσσος. ταῦτά φασιν ἐπὶ Κλέωνι τῷ δημαγωγῷ λέγεσθαι σφαλλόμενοι. πρὸ γὰρ τῆς τοῦ Ὀρέστου διδασκαλίας πολλοῖς χρόνοις* (nempe duodecimo ante anno) *ἐτελεύτα. Τάχα οὖν εἰς Κλεοφῶντα τείνει. ἐπεὶ καὶ ἔναγχος οὗτος τὰς πρὸς Λακεδαιμονίους συνθήκας οὐ προσήκατο· καὶ τὸ λέγειν δὲ Ἀ ρ γ ε ῖ ο ς ο ὐ κ Ἀ ρ γ ε ῖ ο ς — εἰς τοῦτο βλέπει, θέλει δὲ εἰπεῖν Ἀθηναῖον οὐκ Ἀθηναῖον ὄντα, ἀλλὰ νόθον πολίτην, παρόσον Θρᾷξ ἦν ὁ Κλεοφῶν* (1). Addenda

(1) Verba *Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος* argutius interpretatur Bergkius *Commentt.* p. 188.

est animadversio eiusdem ad vs. 371. *πρὸ Διοκλέους, ἐφ' οὗ τὸν Ὀρέστην ἐδίδαξε Λακεδαιμονίων πρεσβευσαμένων περὶ εἰρήνης ἀπιστήσαντες Ἀθηναῖοι οὐ προσήκαντο ἐπὶ ἄρχοντος Θεοπόμπου, ὃς ἦν πρὸ Διοκλέους, ὡς ἱστορεῖ Φιλόχορος.* Sed perturbatus est Grammatici locus, nam verba *ἐφ' οὗ τὸν Ὀρέστην ἐδίδαξεν* inserenda videntur post *ὃς ἦν πρὸ Διοκλέους* et incipiendum a verbis *Λακεδαιμονίων πρεσβ.* deleta dittographia *πρὸ Διοκλέους.* Ceterum istam animadversionem totam ex Philochoro esse excerptam, probabilis suspicio est. Idem crimen in Cleophontem coniicit Diodorus Sic. XIII. 53. qui commemorata Spartanorum legatione subiungit: *οἱ μὲν ἐπιεικέστατοι τῶν Ἀθηναίων ἔῤῥεπον πρὸς τὴν εἰρήνην· οἱ δὲ πολεμοποιεῖν εἰωθότες καὶ τὰς δημοσίας ταραχὰς ἰδίας ποιούμενοι προσόδους ᾑροῦντο τὸν πόλεμον. Συνεπελάβετο δὲ τῆς γνώμης ταύτης καὶ Κλεοφῶν, μέγιστος ὢν τῶν τότε δημαγωγός:* ex quibus verbis simul corroboratur quod Cleophontem aliquanto ante ad remp. accessisse coniecimus, quippe qui tum auctoritatem haberet tractu temporis confirmatam. Animadvertendum est, accidisse haec, auctore Diodoro XIII. 43. Archonte Glaucippo i. e. anno post, sed potior videtur Philochori auctoritas, ut quae luculenter a Xenophonte confirmatur, in *Hellenicorum* initio: vid. Clint. *F. H.* p. 84. Male autem ad hoc Cleophontis facinus Meierus in libro l. p. 318. retulit criminationem Aeschinis, quam supra adscripsimus: nam Athenienses *ἡττημένοι τῷ πολέμῳ* repudiasse pacem Oratori dicuntur. Eandem rem Aeschines etiam alio loco tetigit *in Ctesiph.* p. 538. ubi ait: (Demosthenes) *διώμνυτο τὴν Ἀθηνᾶν — ἦ μὴν εἴ τις ἐρεῖ, ὡς χρὴ πρὸς Φίλιππον εἰρήνην ποιήσασθαι, ἀπάξειν εἰς*

τὸ δεσμωτήριον ἐπιλαβόμενος τῶν τριχῶν, ἀπομιμούμενος τὴν Κλεοφῶντος πολιτείαν, ὃς ἐπὶ τοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου, ὡς λέγεται, τὴν πόλιν ἀπώλεσεν. Utrobique enim intelligenda est importuni Demagogi insania, qua post navale proelium ad Arginusas Olymp. XCIII. 3. iterum oblatam pacem non consiliis et oratione, sed temulenta temeritate reiiciendam esse clamaverat, idque in summa omnium trepidatione et tumultu pertulerat. Cuius rei locuples auctor est Aristoteles, *ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ* uti videtur, quem locum eximium servavit Schol. Arist. ad *Ran.* vs. 1580. *Ἀριστοτέλης φησὶ μετὰ τὴν ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχίαν Λακεδαιμονίων βουλομένων ἐκ Δεκελείας ἀπιέναι, ἐφ' οἷς ἔχουσιν ἑκάτεροι καὶ εἰρήνην ἄγειν ἐπὶ τοῦ Καλλίου,* (verba haec loco mota videntur, inserenda post *ναυμαχίαν*) *Κλεοφῶν ἔπεισε τὸν δῆμον μὴ προσδέξασθαι, ἐλθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν μεθύων καὶ θώρακα ἐνδεδυκὼς οὐ φάσκων ἐπιτρέψειν, ἐὰν μὴ πάσας ἀφῶσι πόλεις οἱ Λακεδαιμόνιοι.* Eventus docuit nihil umquam reip. Atheniensium perniciosius decerni potuisse. Neque id non senserat optimus quisque Atticorum civium, quorum sententiam satis perspicue significat Aristophanes in versiculis, quibus *Ranas* absolvit: nam precatus deos, ut civibus reperiendi quod reip. optimum sit facultatem concedant, subiungit:

Πάγχυ γὰρ ἐκ μεγάλων ἀχέων παυσαίμεθ' ἂν οὕτως,
Ἀργαλέων τ' ἐν ὅπλοις ξυνόδων. Κλεοφῶν δὲ μαχέσθω,
Κἄλλος ὁ βουλόμενος τούτων πατρίοις ἐν ἀρούραις.

Potuitne disertius suadere acutis spectatoribus: *vos pacem componite, et Cleophontem Thracem ceterosque belli turbatores cum ex urbe expellite.*

Verum accedebat etiam aliud quid, quamobrem hoc ipso anno quidquid erat Athenis honestiorum civium acerrimo odio potentia abutentem Demagogum persequebatur. Decem Praetores, viri optime de rep. meriti, iniquissima criminatione circumventi et in salutis discrimen erant adducti. Iam ultro exacerbatam plebem Demagogi omnes magis etiam instigabant: *ὁ δῆμος — παροξυνθεὶς ἀδίκως ὑπὸ τῶν δημαγωγῶν, τὴν ὀργὴν ἀπέσκηψεν εἰς ἄνδρας — πολλῶν ἐπαίνων καὶ στεφάνων ἀξίους.* Diod. Sic. XIII. 102. In horum numero Callixenus fuit, Archedemus, Lyciscus; vide Xenophontis *Hellen.* I. 7. 1—10. fuere item alii, quos Xenophon carptim nonnulla perstringens non nominavit. Quis autem Cleophontem, unum omnium potentissimum plebeculae ducem, in tam concitatis turbarum fluctibus quievisse existimet? Cuius rei etiam perobscurum exstat in ipso Xenophonte indicium, quod non fugit acumen Fritzschii ad *Thesm.* pag. 302. qui e loco Xenophonteo *Hellen.* I. 7. 35. *Μετέμελε τοῖς Ἀθηναίοις καὶ ἐψηφίσαντο, οἵτινες τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν, προβολὰς αὐτῶν εἶναι. — προυβλήθησαν δὲ καὶ ἄλλοι τέτταρες καὶ ἐδέθησαν ὑπὸ τῶν ἐγγυησαμένων. ὕστερον δὲ στάσεώς τινος γενομένης, ἐν ᾗ Κλεοφῶν ἀπέθανεν, ἀπέδρασαν (-έδραν) οὗτοι πρὶν κριθῆναι.* rectissime confecit in istorum numero fuisse Cleophontem, quos populus ob inique necatos praetores ulcisci cuperet: nam mortem hominis hoc loco commemorari non potuisse, nisi et ipse eodem crimine fuisset implicatus. Speciosam hanc suspicionem *Ranae* Aristophanis insigniter possunt confirmare. Iam enim nemini latebit, quid sibi voluerit Aristophanes his versibus 718. sqq.

Πολλάκις γ' ἡμῖν ἔδοξεν ἡ πόλις πεπονθέναι
Ταὐτὸν ἔς τε τῶν πολιτῶν τοὺς καλούς τε κἀγαθούς,
Ἔς τε τἀρχαῖον νόμισμα καὶ τὸ καινὸν χρυσίον. —
Τῶν πολιτῶν οὕς μὲν ἴσμεν εὐγενεῖς καὶ σώφρονας,
Ἄνδρας ὄντας καὶ δικαίους καὶ καλούς τε κἀγαθοὺς
Προσελοῦμεν.

Si quis nondum senserit, quos vir optimus significet, perpendat haec:

Ἀλλὰ καὶ νῦν, ὦ 'νόητοι, μεταβαλόντες τοὺς τρόπους
Χρῆσθε τοῖς χρηςοῖσιν αὖθις, καὶ κατορθώσασι γὰρ
Εὔλογον. κἄν τι σφαλῆτ', ἐξ ἀξίου γοῦν του ξύλου
Ἤν τι καὶ πάσχητε, πάσχειν τοῖς σοφοῖς δοκήσετε.

Satisne perspicue salutem Praetorum deprecatur, quibus imminere exitium virum prudentem non fallebat? Clarius etiam in antecedentibus vs. 897. sqq.

εἰκὸς ὑμᾶς, οἵ μεθ' ὑμῶν πολλὰ δὴ
Χοἰ πατέρες ἐναυμάχησαν καὶ προσήκουσιν γένει,
Τὴν μίαν ταύτην παρεῖναι ξυμφορὰν αἰτουμένοις.

Quae tam manifeste de iis ipsis scripta sunt, ut dubitari non possit, quin condemnatio Praetorum aliquanto serius acciderit, quam vulgo auctoritate Xenophontis in *Hellenicis* existimari solet. Namque fere creditur, ipso mense Pyanepsione, haud ita diu post Apaturia, habitam esse eam concionem, in qua frustra obnitentibus et aliis et imprimis Euryptolemo et Socrate irritata plebs universos capitis damnavit: vid. Xenoph. *Hell.* I. 7. 5. sqq. Sed dolendum est Xenophontem totam hanc narrationem affecisse magis, quam diligenti rerum temporumque notatione absolvisse. Vel sic tamen ex ipso Xenophonte accuratius explorato meliora comperientur. In celebratione Apaturiorum extremo mense Pyanepsione subornaverant multos The-

ramenes ceterique Demagogi *μέλανα ἱμάτια ἔχοντας καὶ ἐν χρῷ κεκαρμένους, πολλοὺς ἐν ταύτῃ τῇ ἑορτῇ, ἵνα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἥκοιεν, ὡς δὴ ξυγγενεῖς ὄντες τῶν ἀπολωλότων*. Xenoph. *Hell.* I. 7. 5. Componendi cum hac narratione sunt hi versus Aristophanis *Ran.* 700. sq.

> *Ἀλλὰ τῆς ὀργῆς ἀνέντες, ὦ σοφώτατοι φύσει,*
> *Πάντας ἀνθρώπους ἑκόντες ξυγγενεῖς κτησώμεθα,*
> *Κἀπιτίμους καὶ πολίτας, ὅςις ἂν ξυνναυμαχῇ.*

quibus Poëta indignationem omnium et dolorem, quem turba ista in Apaturiis lugubri habitu squalens ingentem commoverat, prudenti consilio mitigare et lenire aggreditur. Deinde Callixenum subornatum immittunt ad irritandos senatorum animos. Fit senatus consultum contra leges, ut simul de universis suffragia ferantur. Xen. § 6. *Ἐντεῦθεν ἐκκλησίαν ἐποίουν*, ait Xenophon ibid. omnibus, uti sperabant, ita compositis paratisque, ut negotium sine mora peragi posset. Sed aliter evenit: *τὸν Καλλίξενον προὐκαλέσαντο παράνομα φάσκοντες ξυγγεγραφέναι* et Euryptolemus et alii: Xenoph. ibid. 1. 8. quibus saevitia populi perterritis Socrates *ἐπιςάτης* plebem quamvis incensam furore et ira noluit in suffragia mittere. Hinc nova mora; Euryptolemus praeclara oratione reorum causam defendit, *καὶ ἔγραψε γνώμην κατὰ τὸ Καννώνου ψήφισμα κρίνεσθαι τοὺς ἄνδρας, δίχα ἕκαςον*. Xenophon. l. l. § 11. Invicta Socratis constantia in aliam concionem rem reiicit: fit *διαχειροτονία. τὸ μὲν πρῶτον ἔκριναν τὴν Εὐρυπτολέμου. ὑπομοσαμένου δὲ Μενεκλέους καὶ πάλιν διαχειροτονίας γενομένης ἔκριναν τὴν τῆς βουλῆς*. Interea Demagogi et Theramenes novos Proëdros in suas partes pertrahunt: *προέδρους ἐγκα-*

θέτους ὑφέντες (Aeschin. Socr. III. 12.): quod in nova Prytania accidisse et moram fecisse satis magnam, persuasit Luzacius *de Socrat. civ.* pag. 217. sqq. et confirmatur a Xenophonte §. 11. ubi καὶ μετὰ ταῦτα κατεψηφίσαντο in hanc partem bene accipi possunt. Accedunt his loci Aristophanei tam perspicui disertique, ut soli rem conficere potuissent: quapropter sic statuendum est, inter accusatorum calumnias et Praetorum condemnationem integros praeteriisse Maemacterionem et Poseideonem, quo mense Διονύσια τὰ κατ' ἀγρούς essent celebrata, protractumque esse iudicium in mensem Gamelionem, quo Lenaeis Aristophanes salutem egregiorum civium deprecantem vidimus.

Si quis hanc argumentationem veri speciem habere concedet, facile est ex ipso Aristophane evincere, Cleophontis in his turbis et flagitiis haud exiguas fuisse partes. Diligenter enim animadvertendum est in Chori versiculis, quae deprecationem Praetorum proxime praecedunt vs. 678—685. convicia et minas in temerarium hominem effundi, eumque, quum alii multi in *Ranis* tangantur, prae ceteris omnibus aspere exagitari: nam, praeterquam hoc loco, perstringitur, uti vidimus, in fine fabulae; et iterum eidem mandatur laqueus vs. 1500, quem locum ingeniose explicuit Fritzschius ad *Thesm.* pag. 303.

Eaedem igitur causae Platonem commovisse videntur, ut recepta Comoediae licentia uteretur ad notandum hominem, qui et patriae et praestantissimis civibus exitium intentaret. Generosa audacia ipsum Populum in scena egit deceptum malis Demagogorum artibus, infestum optimis civibus, et nequissimo cuique stolide obsequentem. Egit autem Populum, uti satis

certo ex Fragm. IX. colligitur, novos Praetores in concione creantem, ac iamiam, ne quis sibi retineat manum, pessimum hominem se creaturum clamantem: quae omnia quam egregie cum iis, quae modo disputabamus, conveniant, non attinet multis enarrare. Cleophontem autem ipsum sic ludificatus est, ut non modo peregrinam, sed etiam, uti videtur, servilem ei exprobraret originem (Fragm. I. II. et VII.) eundemque turpiter opes civitatis furari criminaretur (Fragm. V. et VI.). Verum ista peculatus suspicio, quo nomine plerique reip. moderatores male audiebant, (cf. lepidum locum Xenophontis in *Anab.* IV, 6, 16.) in Cleophonte quidem falsa fuit. Testis est Lysias *pro bonis Arist.* p. 651. R. *Κλεοφῶντα δὲ πάντες ἴςε, ὅτι πολλὰ ἔτη διεχείρισε τὰ τῆς πόλεως πάντα καὶ προσεδοκᾶτο πάμπολλα ἐκ τῆς ἀρχῆς ἔχειν* (unde conficitur, quam avide Comicorum criminationes exciperentur), *ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ οὐδαμοῦ δῆλα τὰ χρήματα, ἀλλὰ καὶ οἱ προσήκοντες καὶ οἱ κηδεςαὶ, παρ' οἷς κατέλιπεν, ὁμολογουμένως πένητές εἰσιν.* Non erat autem Cleophon ex istorum numero, qui ita popularem factionem amplectebantur, ut imprimis sibi consulerent: neque plebs unquam ducem habuit, qui constantiore animo in eo proposito persisteret, qoud Democratiae profuturum censebat. Auctor est Lysias, qui quamvis non parcens homini, cuius animus inquies et avidus imperii maximis calamitatibus remp. afflixerat, tamen ultro fatetur, numquam, vivo Cleophonte, futurum fuisse, ut populare imperium paucorum insidiis et hostium metu tolleretur. In summa omnium trepidatione post cladem ad Aegos potamon *προεκαλοῦντο οἱ Λακεδαιμόνιοι εἰρήνην ποιεῖσθαι, ἐφ' ᾧ τε τῶν μακρῶν τειχῶν ἐπὶ δέκα ςαδίους καθελεῖν*

ἑκάτερον. Xenoph. *Hell.* II. 2. 15. cf. Lys. in *Agor.* pag. 451. Habita concione fit plebiscitum *μὴ ἐξεῖναι περὶ τούτων ξυμβουλεύειν.* Xen. ibid. auctore imprimis Cleophonte, qui *ὑπὲρ πάντων ἀναςὰς ἀντεῖπεν, ὡς οὐδενὶ τρόπῳ οἷόν τε εἴη ποιεῖν ταῦτα.* Lys. ibid. Eodem animo Senatum, quem oligarchiam moliri sentiebat, gravissime increpuit. Lys. in *Nicom.* p. 847. *Κλεοφῶν τὴν βουλὴν ἐλοιδόρει, φάσκων συνεςάναι καὶ οὐ τὰ βέλτιςα συμβουλεύειν τῇ πόλει.* Simul homo acer Critiam, quem horum consiliorum caput esse perspiciebat, audacter in frequenti senatu exagitavit. Nam huc pertinere arbitror locum Aristotelis *Rhetor.* I. 16. *Κλεοφῶν κατὰ Κριτίου τοῖς Σόλωνος ἐλεγείοις ἐχρήσατο λέγων ὅτι πάλαι ἀσελγὴς ἡ οἰκία· οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐποίησε Σόλων·*

Εἰπεῖν μοι Κριτίᾳ ξανθότριχι πατρὸς ἀκούειν.

quem versiculum peringeniose in hanc significationem deflexit: nam aliquanto discrepat ipsius Solonis sententia, quae servata est integrior a Schol. Plat. ad *Tim.* pag. 424. Bekkeri.

Εἰπέμεναι Κριτίῃ ξανθότριχι πατρὸς ἀκούειν,
Οὐ γὰρ ἁμαρτινόῳ πείσεται ἡγεμόνι.

Itaque intellectum est, nisi Cleophontem de medio sustulissent, irrita constituendae oligarchiae consilia futura. Lys. in *Nicom.* pag. 849. Hinc calumnias in hominem intentant: *οἱ ἐπιβουλεύοντες καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν εἰς ἀγῶνα Κλεοφῶντα καθιςᾶσι πρόφασιν μέν, ὅτι οὐκ ἦλθεν εἰς τὰ ὅπλα ἀναπαυσόμενος, τὸ δ' ἀληθές, ὅτι ἀντεῖπεν ὑπὲρ ἡμῶν μὴ καθαιρεῖν τὰ τείχη.* Lys. in *Agorat.* pag. 452. Placuit igitur senatui eum vinctum iudicio tradere, quod lex postulabat: vid.

Meier. *de bon. Damn.* pag. 158. sqq. Sed anxie metuentes ne vir populo eximie carus elaberetur, *πείθουσι Νικόμαχον νόμον ἀποδεῖξαι, ὡς χρὴ καὶ τὴν βουλὴν συνδικάζειν:* qua lege perlata eodem die Cleophon capitis damnatus est. Lys. in *Nicom.* pag. 848. sq. Acciderunt haec Olymp. XCIII[ae] anno quarto exeunte, brevi antequam Theramenes Sparta rediit, et composita pace Trigintaviri sunt creati.

Operae pretium sane est componere inter se, quae Oratores et Comici de Cleophonte memoriae prodiderunt: quo facto apparet quam difficile sit Demagogorum historiam ita cognoscere, ut nihil adhaereat ex aequalium odio et maledicentia natum, deinde, uti fit, quum certiora deessent, per recentiorum scripta ad posterorum memoriam propagatum. Lubenter credimus Lysiae et peculatus crimen et peregrinam originem falso Cleophonti exprobrari: neque tamen huiusmodi criminationes iniquius ferendae sunt in Comicis, qui quibus poterant modis hanc patriae pestem excitando popularium odio de inique parta auctoritate deiicere niterentur.

CAPUT QUARTUM.

Platonis Περιάλγης. Selecta. reliquarum fabularum fragmenta.

Insignis est inter ceteras Platonis Comoedias fabula, cuius hucusque ne nomen quidem satis bene est intellectum, quippe depravatum et ceteris in locis et apud ipsum adeo Grammaticum, qui attulit, ut interpretaretur. Locus est in Lexico Photii, voc. Περιαλγής, ὁ σπενήρης (sic Codex Galean. Porsonus: ὅς πενήρης) τῷ γόνῳ (Cod. potius τόνοι quam τόνοι) καὶ (ὄνομα addit Hermannus deleto τοῦ) τοῦ δράματος τοῦ Πλατωνικοῦ. Corruptum locum aliis emendandum relinquit Meinekius *H. C. C.* p. 181. Idem affert duplicem coniecturam Dobrei, alteram in *Corrigendis* p. 708. Περιάλγης, ὡς πενήρης τῷ τόνῳ i. e. *eodem accentu quo* πενήρης, alteram in *Advers.* I. p. 606. ubi in eadem aut πεντήρης pro πενήρης, aut in hunc modum emendandum putat: Περιαλγής, ὡς περιηγὴς τῷ τόνῳ. Atque in hac quidem coniectura quaeri possit, cur docti Grammatici, unde sua excerpsit Photius, rem omnibus notissimam sedulo notandam existimaverint. Illa autem, quam

vir egregius ultro repudiavit, verissima est: nam sic legendum: *Περιάλγης, ὡς πενθήρης τῷ τόνῳ, ὄνομα κύριον τοῦ δράματος τοῦ Πλατωνικοῦ.* Docet Grammaticus scribendum esse acuta penultima, *Περιάλγης*, quoniam nomen proprium erat in cognomini fabula Platonis. Utrum *πενθήρης* an *πεντήρης* reponatur perinde est: *πενήρης* quid sit, nescio. Indicavit accentum Photius more Grammaticis admodum familiari. Grammaticus Bekkeri *Anecd. Gr.* p. 360, 14. *Αἰγίθαλλος — τῷ τόνῳ ὡς ἀρίβαλλος.* Schol. Arist. *Acharn.* 4. *Χαιρηδόνος τῷ τόνῳ ὡς ἀλγηδόνος·* Moeris Atticista p. 202. *Ἰσότης ὡς ἀρότης, Ἀττικῶς. Ἰσότης ὡς βραβευτής, Ἑλληνικῶς.* Idem p. 4. *Αἴτιαι ὡς ὅσιαι. Ἀττικῶς. βαρυτόνως, αἰτίαι ὡς εὐδίαι. Ἑλληνικῶς. παροξυτόνως*, ubi male sedula manus adlevit *βαρυτόνως* et *παροξυτόνως*, quae inepte abundant et alieno loco sunt interposita. Retractus autem accentus est in penultimam, ut appareret esse nomen proprium, solemni Graecorum more, qui semper in adiectivis oxytonis reiiciunt accentus, ubi in nomina propria abierunt: quam rem primus, quod sciam, docuit ex antiquis Grammaticis Bastius *Epist. Crit.* p. 162. sq. tum et alia nonnulla, quae huc facerent, dedit Meinekius ad *Menandrum* pag. 76. et locum Stephani Byzantini pag. 138., qui imprimis cum nostro comparandus est: *Θεττάλη, δρᾶμα Μενάνδρου, βαρύνεται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, εἰς ἰδιότητα τεθέν* i. e. ubi alicui *proprium* est. Denique copiose et luculenter egit de hac quaestione Lehrsius *de Aristarchi studiis Hom.* p. 276. sqq. qui et quam late pateret hic usus docuit, et quibus cautionibus Grammaticorum de hac re doctrina esset accipienda. Itaque in Platonis fabula primas agebat *Περιάλγης* quidam vocatus, cui no-

men mores fecerant, *Querulum* Latine dixeris, quem Poëta induxit, uti videtur, aequalium vitia et scelera et misere perturbatam remp. flebilibus querelis et morosa indignatione deplorantem. Sed apponemus primum perpaucas, quae exstant, Comoediae reliquias.

I. Scholiast. Arist. *Nub.* 109. *Λεωγόρας δὲ τρυφερός τις ὁ Ἀνδοκίδου πατήρ. Πλάτων Περιάλγει·*

> *Ὦ θεῖε Μόρυχέ τε νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς,*
> *Καὶ Γλαυκέτης, ἡ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας,*
> *Οἳ ζῆτε τερπνῶς, οὐδὲν ἐνθυμούμενοι.*

Verba sunt ipsius Perialgis, qui suas curas et sollicitudines cum mollissima istorum inertia moestus comparabat: *ô vos beatos, qui vitam iucundissimam agitis et nihil umquam cogitatis!* quo dicto quam urbane irrideantur luxuriosi homines, eoquis est qui non sentiat. Nondum satis recte emendatus est vs. 1. Suidas, qui locum attulit v. *Φασιανοί* pro *τε νῦν* habet *τέως.* quod tuetur Reisigius in *Coniect. in Arist.* pag. 72. Hanovius autem *θεοῦ* coniecit, quod ad *ἔφυς* pertineret, perquam idonea sententia: vid. *Exercitt. Crit.* pag. 125. Bergkius in *Comm.* p. 345. *νοῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς* tentabat: parum feliciter: nam vereor, ut bene Attice ita dicatur, quum *εὐδαίμων, μακάριος τῶν φρενῶν* soleant dicere, non *τὰς φρένας.* Denique Meinekius *F. P. C.* p. 652. *οὐκ ἔτος ἄρ' εὐδαίμων ἔφυς* corrigere voluit, quod in hac verborum compositione stare non potest: nam nihil praecedit, quo istud *ἄρα* referatur. Fuit, quum Hanovii ratio mihi vero proxima videretur, et scribendum esse *θεῶν* ex utraque lectione *τε νῦν* et *τέως* facillime revocandum: nam sic habere istud *γάρ* quo pertineat, et perbene *diis natos* dici posse homines, qui vitam agerent deorum. Sed

negat Meinekius θεοῦ et sim. apud Comicos in unam syllabam pronuntiando coalescere posse: cf. Dobr. ad *Eq.* vs. 32. Nolim autem abuti in hac re sententia Reisigii et Hanovii, qui interdum tribrachyn et anapaestum in trimetris copulari posse putaverunt: nam incertior mihi quidem ratio haec videtur, quam ut coniecturis satis tuto adhiberi possit. In ceteris secutus sum Meinekium, quem vide *F. P. C.* p. 652. sq.

II. Priscianus *Institt. Gramm.* XVIII. p. 1185, 12. Putsch. T. II. p. 211. Krehl. *Attici* ἠράμην πόλεμον πρὸς τοῦτον καὶ τούτῳ. *Πλάτων Περιάλγει*·

Ὅς πρῶτα μὲν Κλέωνι πόλεμον ἠράμην.

Sic Porsonus in egregia annotatione ad Eurip. *Med.* vs. 139. emendavit corruptissimam codd. lectionem περὶ *Ἀάγιος Πρῶτα κ. τ. λ.* cui obtemperare debuerat Krehlius, qui *Περιαλγεῖ, πρῶτα μὲν κ. τ. λ.* edidit. Sed non sine errore haec addidit: »*Verba sunt ipsius Poëtae gloriantis eodem modo, quo Aristophanes Nub.* 549.

"Ὅς μέγιστον ὄντα Κλέων' ἔπαισ' εἰς τὴν γαστέρα."

Existimasse igitur videtur vir praeclarus, versum esse ex Parabasi desumtum: in quam opinionem secum pertraxit Meinekium *H. C. C.* pag. 181. cf. p. 165. Sed fallitur. Numquam in Parabasin veniunt trimetri, quod notum est et disertis verbis docet Bentleius in *Dissert. Phalarid.* p. 262. Parabaseos pars primaria, ubi Poëta de se rebusque suis cum spectatoribus disserebat, plerumque constabat anapaestis, (unde nonnumquam *Ἀνάπαιστοι* eximie vocatur, veluti apud Arist. *Pac.* vs. 736. παραβὰς ἐν τοῖς ἀναπαίστοις cf. *Equitt.* vs. 503. *Acharn.* 605. et Schol. Arist. *Nub.* vs. 518.

Παράβασις ὁμωνύμως ἢ καὶ Ἀνάπαιςος καλεῖται.) interdum Eupolideis, aut choriambicis polyschematistis, quibus utitur Aristophanes in *Amphiarao:* vid. p. 46. sq. numquam autem iambis aut trochaeis: vide Kölster. *de Parabasi vet. Com. Att. part. antiq.* p. 26. sqq. Itaque perspicuum est ipsius Perialgis esse dictum, enumerantis, quas in rep. aerumnas exantlavisset, quum Demagogorum temeritati nequidquam adversaretur.

III. Priscianus ibid. p. 248.: *Attici προέχοντες τούτων καὶ τούτοις καὶ πολλῇ πάντων. Πλάτων Περιάλγει·*

Ἀλλ' ἡγούμεσθ' εὖ κἀνδρείως πολλῷ πάντων προέχοντες.

Sic monstra lectionum, quae apud Priscianum, ut passim, sic etiam hic verba Graeca obscurant, a viris doctis feliciter procurata sunt. Vide Meinek. *F. P. C.* pag. 653. Idem bene admonuit de Atheniensium imperio et *ἡγεμονίᾳ* esse accipiendum. Etiam Prisciano pro *πολλῇ*, quod sic positum Graecum non est, *πολλῷ* restituendum est.

IV. Schol. Arist. *Av.* 1297. agens de Midiae cognomine *ὄρτυξ: Δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀριςοφάνης ἐν Περιαγγεῖ· χρηςὸν μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον. — διαβάλλεται δὲ εἴς τε πονηρίαν, ὡς Πλάτων ἐν Νίκαις, καὶ κλοπῆς δημοσίων, ὡς Μεταγένης ἐν Ὁμήρῳ καὶ συκοφαντίᾳ. κόβαλός τε εἶναι ἐλέγετο καὶ πτωχαλαζών, ὡς Φρύνιχος ἐν Ἐφιάλτῃ.* Emendatiore hac animadversione usus est Scholiast. Luciani ad *Iov. Tragoed.* § 48. T. II. p. 696. Hemst. qui inde haec excerpsit: *Ὁ δὲ Μειδίας ὀρτυγοκόπος ἦν, Πλάτων Περιαλγεῖ* (imo *-άλγει*) *καὶ ὡς πονηρὸν δὲ καὶ κόβαλον καὶ τῶν δημοσίων νοσφιςὴν Φρύνιχος καὶ Πλάτων διαβάλλουσιν.* Hinc Meinekius in *Quaest. Scen.* II. p. 22. pro Aristophane *Πλάτων* cor-

rexit. Speciosius Fritzschius *Quaestt. Arist.* p. 61. Not. excidisse suspicatur et nomen fabulae Aristophaneae et Platonis: tamen quod reponit Ἀρις. ἐν Πελαργοῖς καὶ Πλάτων, perquam incertum est. Sed in toto hoc scholio plurima pessime turbata sunt ac loco mota. Ac primum acute vidit Fritzschius l. l. verba λέγει δὲ ἐν Ποαςρίαις ὁ αὐτὸς, ὡς καὶ περὶ ἀλέκτορας αὐτοῦ ἐσπουδακότος ad finem esse reiicienda post ἐν Ἐφιάλτῃ: tum reliqua fortasse sic sunt concinnanda: Διαβάλλεται δὲ εἴς τε πονηρίαν, ὡς Πλάτων ἐν Νίκαις καὶ ἐν Περιάλγει· Χρηςὸν κ. τ. λ. Certe καὶ κλοπῆς — καὶ συκοφαντίᾳ in alia verborum compositione lecta fuerunt, neque attulit Scholiasta locum Platonis ut ὀρτυγοκόπον vocatum fuisse Midiam indicaret, quod putabat Meinekius, (nam de cognomine ὄρτυξ agit, quod est in Aristophane) sed ut *improbum* fuisse hominem ostenderet. Sed neque Platonis verba in loco misere corrupto satis integra ad nos pervenerunt. Bergkius nonnihil adiuvit, quum in *Commentt.* p. 425. corrigeret: χρηςόν γε, μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτ. *hominem probum, neque Midiae similem:* sed fortasse excidit aliquid, numerique sic revocari possunt:

Χρηςόν (τιν' ἄνδρα), μηδὲ κατὰ τὸν Μειδίαν,
Τὸν ὀρτυγοκόπον.

quae et ipsa a moroso Perialge pronuntiata arbitror.

Haec igitur sunt omnia Περιάλγους fragmenta, quae cum indicio Fabulae in Grammaticorum commentariis reperiuntur. Sed supersunt ex incertis Platonis comoediis aliquot loci ita comparati, ut non melius quam ab isto truculento castigatore Demagogorum aequalium et labentis disciplinae maiorum pronuntiari potuisse videantur. Sentio quam anceps et lubricum sit hoc

coniecturarum genus: quamobrem sic demum iis utendum esse arbitror, ut nihil novarum suspicionum his suspicionibus superstruatur, ne forte subducto debiliore fulcro omnia turpiter magnam trahant ruinam. Hac igitur cautione ad hanc fabulam retulerim morosas querelas de oratorum in diem propullulantium nequitia, apud Stobaeum *Ecl. Phys.* T. II. pag. 26. Heeren.

> . . . ἢν γὰρ ἀποθάνῃ
> *Εἷς τις πονηρὸς, δύ' ἀνέφυσαν ῥήτορες.*
> *Οὐδεὶς γὰρ ἡμῖν Ἰόλεως ἐν τῇ πόλει,*
> *Ὅςτις ἐπικαύσει τὰς κεφαλὰς τῶν ῥητόρων.*
> *Κεκολλόπευκας, τοιγαροῦν ῥήτωρ ἔσει.*

quem locum, quum philosophi Platonis esse putaretur, versibus senariis Platonis Comici constare acute vidit Porsonus, quem omnino vide ad Eurip. *Med.* vs. 139. Sed nihil erat, cur interpolato lemmate *Plat. Phaed.* ex *Phaone* ductos versiculos suspicaretur: non erat his querelis locus in ludicro *Phaonis* argumento, quod indicat Suidas v. *Γλυκὺς ἀγκών*, confirmantque longiora fragmenta, quae vide apud Meinekium *F. P. C.* p. 672. sqq. Ne dicam huiusmodi cavillationem minus recte poni in Comoedia, quam satis constat anno quarto Olymp. XCVI. actam esse: vid. Schol. Arist. *Plut.* vs. 179. ubi legendum esse: *ἐμφαίνει δὲ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φάωνι ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει ὕστερον* (post *Plutum* I. Olymp. XCII. 4.) *διδαχθέντι ἐπὶ Φιλοκλέους* (sic Hemsterh. pro *διδαχθῆναι* et *Διοκλέους*) *ὡς μηκέτι οὔσης αὐτῆς* (*τῆς Λαΐδος*) bene vidit Meinekius, pro *ἐν τῷ Φαίδωνι*: vid. *H. C. C.* pag. 187. admonens eandem emendationem iam dudum factam a Clintono *F. H.* p. 107. Videntur autem hi versiculi olim lecti

fuisse in eadem Perialgis oratione, unde Fragm. II. excerptum est, dixitque homo querulus, se semper in rep. cum pessimis Oratorum et Demagogorum ingeniis conflictatum esse: *primum sese cum Cleone suscepisse bellum:* in eius locum successisse Hyperbolum, in huius item complures alios, atque sic nil se proficere: *nam si unus Orator obierit, duos succrescere novos* etc. In vs. 1. Codd. ἂν et vs. 3. ἡμῶν: correxit illud Meinekius, hoc Heerenius. Tum in vs. 4. pro ῥητόρων malebat Porsonus πλειόνων ex Aristid. *pro Quatuorv.* T. II. p. 234. κατὰ τὸν Ἰόλεων — ἐπικάων, ὡς τὸ τοῦ Κωμικοῦ ῥῆμα, τὰς κεφαλὰς τῶν πλειόνων. nisi forte Aristides de suo πλειόνων substituit, quod ad suam rem melius faceret, quum in Platone Iolai similitudo minus recte cum πλειόνων conveniat. De verbo κολλοπεύειν dixi supra pag. 68.

Verbo monuimus in superioribus pag. 44. actam videri fabulam eo potissimum tempore, quum per legem Syracosii Comicis ὀνομαςὶ κωμῳδεῖν non liceret, circa ineuntem Olympiadem XCI. Imprimis huc facit similitudo argumenti, quod illo ipso anno ἐν Μονοτρόπῳ elaboraverat Phrynichus, impeditus metu legis quo minus ipsos reip. moderatores, quos carpere volebat, palam produceret. Itaque fictam personam exhibuit, quae omnes, quos Poëta oderat, liberius conviciis proscindebat: cuius rei luculentum indicium superest apud Schol. ad Arist. *Aves.* vs. 11. Φρύνιχος Μονοτρόπῳ·

Μεγάλους πιθήκους οἶδ' ἑτέρους τινὰς λέγειν
Λυκέαν, Τελέαν, Πείσανδρον, Ἐξηκεστίδην.
B. Ἀνωμάλους εἶπας πιθήκους. A. πῶς; B. ὅπως;
Ὁ μέν γε δειλὸς, ὁ δὲ κόλαξ, ὁ δὲ ξένος
Ὁ δὲ νόθος ἦν.

nam sic fere scribendum esse arbitror e coniecturis Meinekii *F. P. C.* pag. 587. sq. et imprimis Bergkii in *Commentt.* pag. 373. Simillimo modo Plato per morosum istum Perialgen, quae sentiebat, non obscure significavit. Aliud temporis indicium e Fragm. II. elici potest: nempe quoniam Perialges *primum* Cleoni se adversatum praedicat, dubitari non potest quin se *deinde* et aliorum temeritati sed Hyperboli ante omnes obviam ivisse addiderit: unde sequitur nonnisi aliquamdiu post Cleonis mortem et expulsum Hyperbolum in hanc sententiam loqui hominem potuisse: quamobrem rectissime ad eam aetatem, quam diximus, fabulam referamus, anno post interfectum Cleonem septimo, tertio autem an quarto post eiectum urbe Hyperbolum: vid. pag. 143. sq. Hinc igitur diu est, ex quo arrisit suspicio, ex hac potissimum Comoedia excerptos esse versiculos, quos Plutarchus in *Alcib.* cap. XIII. et *Nic.* cap. IX. servavit:

Καίτοι πέπραγε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,
Αὑτοῦ δὲ καὶ τῶν ϛιγμάτων ἀνάξια,
Οὐ γὰρ τοιούτων οὕνεκ' ὄϛραχ' εὑρέθη.

vid. supra pag. 140. In hac enim sententia, nisi coniectura me fallit, Poëta usus est Perialgis persona, ut sic proferret in medium, quod plerosque cives tacita conscientia quasi polluti in nequissimo nebulone ostracismi vexabat. Expulso Hyperbolo *παραυτίκα μὲν*, ait Plutarchus in *Nic.* cap. XI. *ἡδονὴν τοῦτο καὶ γέλωτα τῷ δήμῳ παρέσχεν, ὕϛερον δ' ἠγανάκτουν, ὡς καθυβρισμένον τὸ πρᾶγμα τοῦτο πρὸς ἄνθρωπον ἀνάξιον γεγονέναι νομίζοντες.* Itaque in eadem oratione, qua Cleonis flagitia tetigerat, quum Hyperboli mentio es-

set insecuta, ea profatus est, quae Athenienses omnes verissima dici non sine dolore agnoscerent.

Ceterae reliquiae neque adversantur quidquam coniecturae nostrae de tempore, quo acta videatur, neque etiam multum prosunt. Midias (Fragm. IV.) eodem anno in *Avibus* Aristophanis irrisus est vs. 1297. Helluones, qui Fragm. I. irridentur saepe notavit Aristophanes: de Morychi irrisione vid. Ruhnkenium ad *Tim.* v. *Μορυχαία οἰκία.* pag. 183. Morychus et Glaucetas similiter coniunguntur in *Pace* vs. 1008. *τυρβάζεσθαι, Μορύχῳ, Τελέᾳ, Γλαυκέτῃ, ἄλλοις Τένθαις πολλοῖς.* Glaucetas eodem nomine facetissime traducitur in *Thesmoph.* vs. 1042. vid. pag. 149. Leogorae luxuriam perstringit Aristophanes in *Nub.* vs. 109. et iterum in *Vesp.* vs. 1269. Telean, quem Aristophanes in *Pace* cavillatur, risit Plato *ἐν Σύρφακι* apud Schol. Arist. *Av.* vs. 168.

Νοεῖ μὲν ἕτερ', ἕτερα δὲ τῇ γλώττῃ λέγει.

Eundem ludos fecit eodem anno Phrynichus in *Monotropo*, ut modo vidimus.

Clarissius in *Annot. ad Thucydid. B. P. Epoch.* pag. 106. fragmentum, quo Hyperbolus ostracismo indignus arguitur, petitum suspicatur e *Συμμαχίᾳ*, *quae cladi Siculae posterior esse vix potuerit.* Idem coniecit deinde Bergkius in *Comm.* pag. 312. Argumentum huius fabulae fortasse perspici poterit ex praeclaro fragmento, quod Hermias ad Platonis *Phaed.* pag. 90. Ast. et Eustathius ad *Iliad.* p. 1161, 43. servarunt. Cf. etiam Bekkerum ad Platon. Schol. pag. 314.

Εἴξασιν γὰρ τοῖς παιδαρίοις τούτοις, οἳ ἑκάστοτε γραμμὴν
Ἐν ταῖσιν ὁδοῖς διαγράψαντες διανειμάμενοι δίχ' ἑαυτοὺς

Ἑστᾶσ' αὐτῶν οἱ μὲν ἐπεῖθεν τῆς γραμμῆς, οἱ δ' αὖ κἀκεῖθεν.
Εἷς δ' ἀμφοτέρων ὄστρακον αὐτοῖσιν ἀνίησ' εἰς μέσον ἑστώς,
Κἂν μὲν πίπτῃσι τὰ λεύκ' ἐπάνω, φεύγειν ταχὺ τοὺς ἑτέρους δεῖ,
Τοὺς δὲ διώκειν.

Sic locum constituerunt viri docti: vid. Meinek. *F. P. C.* p. 665. sqq. tamen nondum omnia persanata esse facile apparet. Imprimis displicet in vs. 4. numerorum inconcinnitas, quam frustra tollere conatus est Meinekius mutato sic verborum ordine: *ὄστρακον αὐτοῖς εἰς μέσον ἑστὼς ἀνίησιν*, nam multum vereor, ut prima in *ἵησι* apud antiquos Comicos corripi possit (1). Deinde nullo pacto ferenda est in Attico poëta forma epica *πίπτῃσι*, quidquid dicat Meinekius (ad Cratini fragmentum *ἐν Μαλθακοῖς*. *F. P. C.* pag. 77. sq.) de formarum epicarum in anapaesticis frequentia: nam plerasque aut ipse e coniectura reposuit, *ποσσὶν* Cratino, *θύρῃσι* Aristophani *Av.* 567. Platoni *πίπτῃσι*, aut aliorum coniecturas recepit, ut *ᾐέ* Dindorfii in Arist. *Lysistr.* 589. neque Axionici, recentioris Comici, loco in hac re abutendum erat, qui *ἐνέπει* dixit apud Athen. VIII. pag. 342. B. Nonnisi iis locis illae formae ferendae sunt, ubi Epicorum aut Tragicorum dictum subest, aut iocosa imitatione ridetur; nisi quis in hac re Comicorum licentiam maiorem etiam existimet fuisse, quam Tragicorum. Nihil tamen succurrit, quo utrique malo medear, quare viderint acutiores.

Meinekius igitur in *H. C. C.* pag. 185. his versiculis *Graecorum civitatum discordias tangi* apertum esse censuit: sed multo facilior conjectura mihi dudum

---

(1) Cf. Brunck. ad Arist. *Lysistr.* vs. 157. Non nisi semel corripitur in *Avib.* vs. 946. qui locus non videtur vitio carere.

subnata est, eandemque vidi Bergkio venisse in mentem in *Comment.* pag. 261, e verbis Eustathii l. l. Χρῆσις τῆς λέξεως ἐν τῇ κωμῳδίᾳ πρὸς αἴνιγμα τοῦ ῥηθέντος ἐξοστρακισμοῦ (sic Bergkius corr. vulg. ἐξ ὀς.) Πλάτων δέ, φασίν, ὁ Κωμικὸς φράζει αὐτὴν οὕτως· Εἴξασιν δή κ. τ. λ. unde paene certum est in Platonis loco urbanissima similitudine et lepido verborum lusu significari eos, quibus ostracismi impenderet periculum, vel potius duas respici factiones duorum principum (ἑστᾶσ' αὐτῶν οἱ μὲν ἐκεῖθεν τῆς γραμμῆς, οἱ δ' αὖ ἐκεῖθεν), quorum alterutri foret exsulandum (φεύγειν ταχὺ τοὺς ἑτέρους δεῖ). Quis autem est, cui non statim occurrat Alcibiades cum Nicia contendens, uter utrum in hoc certamine victum esset ex urbe expulsurus? Imprimis componendus cum his est locus Plutarchi in *Nic.* cap. XI. Ἀκμαζούσης δὲ τῆς πρὸς τὸν Νικίαν τοῦ Ἀλκιβιάδου διαφορᾶς καὶ γενομένης ὀστρακοφορίας — πολὺς θόρυβος ἀμφοτέρους περιέστατο καὶ κίνδυνος, ὡς θατέρου πάντως ὑποπεσουμένου τῷ ἐξοστρακισμῷ. Hinc nullo negotio unde nomen Fabulae sit inditum perspici potest: scilicet Συμμαχία illa intelligenda est, quam cum Nicia iniit Alcibiades, quum coniunctis in unum factionibus callide Hyperbolum necopinantem Athenis exturbaverunt: οἱ περὶ τὸν Νικίαν καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην λόγον δόντες ἀλλήλοις κρύφα καὶ τὰς στάσεις συναγαγόντες εἰς ἓν ἀμφοτέρας καὶ ἀναμίξαντες ἐκράτησαν, ut ait Plut. in *Nic.* cap. XI. Cf. *vit. Alcibiad.* cap. XIII. et *Aristid.* cap. VII. Fallitur autem Bergkius l. l. ubi tertium in hanc societatem venisse narrat Phaeacem, qui error natus videtur e loco Plutarchi in *Alcib.* l. l. ubi Alcibiades, ὡς ἔνιοί φασι, cum Phaeace conspirasse narratur;

respicitur autem Theophrastus: *οὐκ ἀγνοῶ δὲ*, (ait Plutarchus in *Nic.* l. l.) *ὅτι Θεόφραστος ἐξοστρακισθῆναί φησι τὸν Ὑπέρβολον Φαίακος, οὐ Νικίου πρὸς Ἀλκιβιάδην ἐρίσαντος.* Sed merito Plutarchus huius narrationem secutus non est: numquam enim ea fuit Phaeacis in rep. auctoritas, ut magno opere aut Alcibiadi timendus fuerit adversarius aut Niciae. Ceterum eodem errore, quo Meinekius et alii, Bergkius actam statuit Fabulam eiectumque Hyperbolum Olymp. XCI. 1. quod accidisse tertio fere ante anno ostendere conati sumus, p. 143. unde simul concidit suspicio, qua ad hanc fabulam versiculos a Plutarcho servatos pertinere putatum est, scriptos nimirum aliquanto post Hyperboli exsilium, quum inconsiderati consilii Athenienses poenitere coepisset.

Reliqua *Συμμαχίας* fragmenta fere sunt leviora: collecta sunt a Meinekio *F. P. C.* pag. 664. sqq. Fuere multi, qui Cantharo tribuerent: unde plerisque locis *Πλάτων ἢ Κάνθαρος* ut in re incerta coniunguntur. vid. Porsoni *Adversaria* p. 298. sqq. Nollem hinc extudisset Meinekius *H. C. C.* p. 163. fuisse Cantharum in illis Poëtis, quibus Plato suas fabulas impertivisset, fretus Platonis dicto, quod supra p. 102. sqq. aliter explicuimus. Rectius eodem argumento docuit fuisse aequales ibid. p. 251. Neque tamen quidquam certius colligas ex perpaucis Canthari fragmentis, quae exstant, collectis a Meinekio *F. P. C.* p. 835—837. Unum ex iis, quia nondum persanatum est, obiter attingam. Legitur ap. Athen. I. p. 11. C. *Κάνθαρος*·

Οὐκοῦν ἀκρατισόμεθ' αὐτοῦ; B. μηδαμῶς.
Ἐν Ἰσθμῷ γὰρ ἀριστήσομεν.

Parum prodest quod coniecit Porson. *Advers.* p. 46.

Αὐτοῦ γ' ἐν Ἰσθμῷ γὰρ τάχ' ἀριστήσομεν;

Iacobsius *Addit. Animadv. in Athen.* pag. 8. praepositionem delendam statuit. Scripsit, opinor, Poëta: *Ἰσθμοῖ γὰρ ἀριστήσομεν*, in cuius locum glossema invectum est. Multos locos ubi adverbium *Ἰσθμοῖ* occurrit indicarunt Iacobsius ad *Anthol. Palat.* p. 837, et Schaeferus ad *Greg. Corinth.* pag. 369. Addi potest ex Atticis Lysias *de bon. Arist.* pag. 662. *ἐνίκησεν Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ.* Saepissime autem *Ἰσθμῷ* et *Ἰσθμοῖ* confusa sunt a librariis: quo magis miror esse qui putent Graecum esse *ἐν Ἰσθμοῖ* apud Simonidem in *Anthol.* (Schaef. l. l.) aut *Ἰσθμῷ* sine praeposit. apud Thucyd. V. 18. *Ὀλυμπίασι καὶ Πυθοῖ καὶ Ἰσθμῷ* (Goell. ad h. l.) quasi vero *ἐν οἴκοι* et *οἴκῳ*, aut *ἐν Ἀθήνησιν* et *Ἀθήναις* Graecum esse posset. Sed non est huius loci haec pluribus persequi, ac redeo ad Platonem.

In fabula, quam egit Olymp. XCI. ineunte, in ipsis turbis, quas quaestiones in Hermocopidas excitaverant acerrimas, lectum fuisse suspicor fragmentum, quod exstat apud Schol. Euripidis ad *Hecub.* vs. 821. *Τὸν Δαίδαλόν φασι ποιεῖν εἴδωλα καὶ μετὰ τὸ πληροῦν αὐτὰ ποιεῖν ταῦτα κινεῖσθαι καὶ φθέγγεσθαι — Πλάτων·*

Οὗτος, τίς εἶ; λέγε ταχύ. τί σιγᾷς; οὐκ ἐρεῖς;
Ε. Ἑρμῆς ἔγωγε Δαιδάλου, φωνὴν ἔχων,
Ξύλινος βαδίζων αὐτόματος ἐλήλυθα.

Ingenioso invento videtur Plato ligneum aliquem Hermen induxisse, qui in quaestione de Hermocopidis ipse testimonium diceret, in qua re scite usus est veteri Graecorum opinione, qui Daedali statuas moveri et vocem edere creduli putaverant: cf. quos laudant Intt. ad Hesych. v. *Δαιδάλεια.* In vs. 1. *τί* deleverunt Dobreus ad Arist. *Plut.* vs. 1012. T. VII. 1. pag. 184.

Dind. et Hanov. *Exerc. Critt.* pag. 160. retinuerunt Hermann. *Elem. D. M.* pag. 128. Reisig. *Coni. in Arist.* pag. 53. et Meinekius *F. P. C.* pag. 682. Illi quidem rati in senariis iambicis neque dactylo neque tribracho recte subiici anapaestum, Reisigius contra proceleusmaticum admitti existimans. Ac mihi quidem Dobrei ratio certior videtur, quamquam tota haec quaestio, quae olim artis metricae peritos exercuit, nondum ita diremta est, ut non complures loci repugnare videantur. In vs. 3. pro vulg. *αὐτομάτως* rescripsi *αὐτόματος*, quod magis exquisitum et Atticum est. Arist. *Lysistr.* vs. 431. *ἐξέρχομαι γὰρ αὐτομάτη.* *Plut.* vs. 1139. sq.

Ὁ Ζεὺς ὁ Σωτὴρ γὰρ πάρεστιν ἐνθάδε
Αὐτόματος ἥκων.

Cf. *Pac.* vs. 665. Similiter in noto proverbio apud Eupolidem *Zenob.* II. 19.

Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν.

Praeiverat Homerus celebrato loco *Iliad.* B. 408.

Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης.

sed haec sufficiunt.

Est etiam alius Platonis locus ex incerta fabula, qui ad eadem Siculae expeditionis tempora videtur esse referendus: quem locum etiam propterea adscribam, quia dudum ademtus Platoni tributus est Philemoni, idque iniuria, uti arbitror. Legitur apud Stobaeum duobus locis in *Ecl. Phys.* T. I. pag. 70. et iterum pag. 284. Heer.

Ὃν οὐδὲ εἷς λέληθεν οὐδὲ ἓν ποιῶν,
Οὐδ' αὖ ποιήσων, οὐδὲ πεποιηκὼς πάλαι,
Οὔτε θεὸς οὔτ' ἄνθρωπος, οὗτός εἰμ' ἐγώ,

'Αὴρ, ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία.
'Εγὼ δ', ὃ θεοῦ 'ςιν ἔργον, εἰμὶ πανταχοῦ
'Ενταῦθ' ἐν 'Αθήναις, ἐν Πάτραις, ἐν Σικελίᾳ,
'Εν ταῖς πόλεσι πάσαισιν, ἐν ταῖς οἰκίαις
Πάσαις. ἐν ὑμῖν πᾶσιν οὐκ ἔςιν τόπος
Οὗ μὴ 'ςὶν ἀὴρ, ὁ δὲ παρὼν ἁπανταχοῦ
Πάντ' ἐξ ἀνάγκης οἶδε πανταχοῦ παρών.

Hos igitur versiculos Philemonis esse credidit Meinekius, (quem vide in *Menand. et Phil. Reliq.* pag. 391. sq.) auctoritate Stobaei, ubi in margine ad utrumque locum annotatum est *Φιλήμονος*, et incerti scriptoris *vitae Arati: οἱ δὲ Δία τὸν ἀέρα ἀκούσαντες φέρουσι μάρτυν Φιλήμονα τὸν Κωμικόν, φησὶ γάρ· Ὃν οὐδὲ εἷς λέληθεν οὔτε κακὸν οὔτ' ἐσθλὸν, οὗτός εἰμ' ἐγὼ 'Αὴρ — Δία.* Sed gravissimam suspicionem movet locus Etymol. Magni v. *'Αήρ.* p. 389, 38. *Δία γὰρ καὶ τὸν ἀέρα φησὶ Πλάτων ὁ Κωμικός·*

'Αὴρ, ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία.

unde iam dudum Porsonus in *Adversariis* p. 299. versus, quos adscripsimus, Platonis Comici esse suspicatus est; hinc apud Schol. ad Germanici *Phaen.* II. pag. 37. Buhl. *Iovem dictum aëra — testemque esse Philonem Comicum*, multo verius corrigi potest *Platonem*, quam *Philemonem*, ut voluit Meinekius l. l., qui una opera in Etymologo pro *Πλάτων* rescribebat *Φιλήμων.* Sed est etiam aliud quid, quod Platonem potius auctorem esse arguat, quam Philemonem: irrisionem dico Euripidis in vs. 4. quae quomodo in Philemonis sive ingenium cadat sive aetatem nemo, opinor, facile dixerit. Quam placuerit Euripidi istud placitum: *Aetherem, deorum hominumque parentem eundem esse, quem Iovem*, ostendit Valckenaer. *Diatr.*

pag. 45. sqq. qui et alia attulit, et hunc locum luculentissimum:

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα; —
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

quibus accedere potest nunc alius locus e Crameri *Anecd. Gr.* T. I. p. 182. et II. p. 443. Εὐριπίδης·

Ἀλλ' αἰθὴρ τίκτει σε κόρα,
Ζεὺς ὃς ἀνθρώποις ὀνομάζεται.

Dubitari non potest, quin ad istiusmodi sententias iocantis Comici dictum pertineat: quamobrem de novae Comoediae poëta cogitari non potest, quo tempore in summa Tragici admiratione ista cavillatio non impune abiisset. Potuit Philemon iocans versiculum Euripidis facete in suam rem convertere: ut apud Athen. VIII. p. 288. D.

Ὡς ἵμερος μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
Λέξαι μολόντι τοὖψον ὡς ἐσκεύασα.

sed explodere gravem Tragici sententiam non potuit. Erat hoc Comoediae antiquae, et ad Platonem optime referetur. Neque adeo de nihilo est, quod Aër vs. 6. scire se dicit, quid rerum Patris et in Sicilia geratur: in quo dicto non temere putaveris ea loca potissimum commemorari, unde aliquid novi exspectarent spectatores: deinde si Platonis esse locum his rationibus evinci potest, satis perspicuum est non ex Prologo petitum esse (quod in hanc aetatem non cadit), sed lepida Tragicorum imitatione ab Aëre isto deo in extrema fabula ἐκ μηχανῆς esse pronunciatum.

Plato autem, ut ceteri omnes antiquae Comoediae Poëtae, saepe Euripidem, sed multo saepius ineptos Tragoediarum scriptores, quos illa aetas vidit plurimos, facete erat ludificatus. Et in Euripide quidem,

ut alii multi, sigmatismum urbano ioco notavit. Scilicet induxit, qui literam σ bis positam Attice pro σσ saepissime inculcaret, cui nescio quis:

εὖ γέ σοι γένοιθ', ὅτι
Ἔσωσας ἐκ τῶν σίγμα τῶν Εὐριπίδου.

Legitur hic locus et alibi (vid. Bergk. in *Comm.* p. 384.) et plenissimus apud Eustathium ad Odyss. p. 1379, 58. ὁ τοῦ σίγμα ἦχος-λυπεῖν οἶδεν ἀκρόασιν. — Δηλοῖ καὶ ὁ πρός τινα ἐν διπλασιασμοῖς τοῦ σ ἀττικίζοντα εἰπὼν ὡς εὖ γέ σοι ὅτι ἀπήλλαξας ἡμᾶς ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου. Platonis esse versiculos e fabula Ἑορταῖς docet Schol. Eurip. ad *Med.* vs. 476. Πλάτων ἐν ταῖς Ἑορταῖς φησίν· Ἔσωσας ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου. Scribendum esse σίγμα τῶν docuit Porsonus ad *Med.* l. l. In vs. 1. Bergkius l. l. et Meinekius *F. P. C.* p. 627. εὖ γέ σοι γένοιθ' ἡμᾶς, ὅτι reposuerunt, sed ἡμᾶς ibi positum inconcinnum est, et optime pronomen in huiusmodi concitatiore sententia omitti potest. Similiter ἀπολεῖς usurpatur in Arist. *Plut.* vs. 389.

οἴμοι τῶν κακῶν,
Ἀπολεῖς. B. σὺ μὲν οὖν σεαυτὸν, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖς.

Cf. *Nub.* vs. 1500. et alibi.

Notum est, quantum sibi placuerint Comici in explodendo versiculo Euripidis in *Orest.* vs. 273.

Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.

in quo Hegelochus histrio deficiente spiritu γαλῆν pronuntiaverat: cf. Schol. Eurip. ad h. l. Arist. *Ran.* vs. 305. ad quem locum Schol.: Ἡγέλοχος, τραγῳδίας ὑποκριτής, ὃς καὶ ἐν τῷ Ὀρέστῃ Εὐριπίδου, προσῄσαντος (ἀποσῄσαντος) αὐτῷ τοῦ πνεύματος ἐν τῷδε τῷ στίχῳ Ἐκ κυμάτων κ. τ. λ. αἰφνιδίως ὀφθῆναι συνελόντα (imo

ἔφθη συνελὼν) *τὴν συναλοιφήν. Τοῦτον δὲ καὶ ὡς ἀτερπῆ τὴν φωνὴν Πλάτων σκώπτει.* ubi Plato ad eandem rem respexisse videtur.

Tres ineptos Tragoediae poëtastros irrisit *ἐν Σκευαῖς*, quam fabulam circa Olymp. XCIII. exeuntem actam esse supra monuimus p. 51. Morsimum, Sthenelum et Melanthium. Schol. Cod. Veneti ad Arist. *Vesp.* vs. 1352. (1303). *Πλάτων Σκευαῖς· Ἅψαι μόνον οὐκ ἂν ἄκρῳ τῇ μορσίμῳ, ἵνα σοι πατήσω τὸν Σθένελον μάλ' αὐτίκα.* Locus misere corruptus. Legendum videtur:

Ἅψαι μόνον τῷ δακτύλῳ τοῦ Μορσίμου,
Ἵνα σοι πατήσω τὸν Σθένελον μάλ' αὐτίκα.

Plane gemellus est versus Aristophanis in *Lysistr.* 365.

Ἅψαι μόνον Στρατυλλίδος τῷ δακτύλῳ προσελθών.

unde in simillimo argumento apud Platonem lectos esse suspicor versiculos, de quibus agimus: nempe in iurgio, quum alter Morsimum, Sthenelum alter tueri vellet, ait unus: *si tu Morsimum* meum *vel digito attigeris, ego tibi* tuum *Sthenelum protinus conculcabo pedibus.* Morsimum, frigidum poëtastrum, saepius ludificatur Aristophanes: in *Equitt.* vs. 401. *Pac.* 803. *Ran.* 151. Sthenelus etiam alibi a Platone ludibrio habitus est, teste Harpocratione, in v. *ἐκωμῴδει δ' αὐτὸν ὁ τοὺς Πλάτωνος Λάκωνας γράψας, ὡς ἀλλότρια ἔπη σφετεριζόμενον.* (sic Dobreus pro vulg. *ἐπισφετ.*) Eundem ludos facit Aristophanes in *Vesp.* vs. 1813. et *ἐν Γηρυτάδῃ*, vid. Schol. ad *Vesp.* l. l. Ceterum de eo vide Tyrwhitt. ad Aristot. *Poët.* p. 180.

In eadem fabula Melanthium, et ipsum carminum ineptiis ridiculum, exagitasse dicitur Scholiastae Arist. ad *Av.* vs. 151. *Μελάνθιος ὁ τραγικὸς κωμῳδεῖται*

λεπρὸς καὶ κακοπράγμων. — Πλάτων δὲ αὐτὸν ἐν Σκευαῖς (sic dudum correxerunt viri docti vulg. Σκύθαις) ὡς λάλον σκώπτει. Ridetur Melanthius in Arist. *Pac.* vs. 805. sqq. et 1010. sqq. tamquam helluonum princeps et poëtarum ineptissimus. Gulositatem hominis praeter Aristophanem ludibrio habuerunt Leuco, Pherecrates et Archippus ap. Athen. VIII. pag. 344. Adulatorem et cinaedum vocavit ἐν Κόλαξιν Eupolis: vid. Schol. ad *Pac.* vs. 800. (803.) cf. etiam Elmsleium ad Eurip. *Med.* pag. 38. Not.

Denique Xenocles sensit Platonis dicacitatem. Schol. Arist. ad *Pac.* vs. 792. Ξενοκλῆς ὁ Καρκίνου δοκεῖ μηχανὰς καὶ τερατείας εἰσάγειν ἐν τοῖς δράμασι. Πλάτων Σοφισταῖς·

Ξενοκλῆς ὁ δωδεκαμήχανος,
Ὁ Καρκίνου παῖς, τοῦ θαλαττίου.

ubi miror neminem vidisse ludere Platonem in versiculo Euripideo apud Schol. Arist. ad *Ran.* vs. 864.

Ἄληθες, ὦ παῖ τῆς θαλασσίας θεοῦ.

quem facetissime Aristophanes in ipsum Euripidem sic accommodavit in *Ran.* l. l.

Ἄληθες, ὦ παῖ τῆς ἀρουραίας θεοῦ.

Hinc igitur in Platone certa medicina corrigimus:

Ὁ Καρκίνου παῖς, τοῦ θαλαττίου θεοῦ.

Apparet enim antecedentes syllabas vocem ultimam absorpsisse. Carcinus vocatur θεὸς θαλάττιος, ioco in nomine, quo genere facetiarum Graeci magnopere delectabantur. Similiter in eodem nomine Stratonicus ap. Athen. VII. pag. 351. F. Ἄισαντος δέ τινος ἤρετο τίνος τὸ μέλος, εἰπόντος δὲ ὅτι Καρκίνου· πολύ γε μᾶλλον ἔφη ἢ ἀνθρώπου. Eiusdem generis est notum il-

lud ap. Arist. *Rhet.* II. c. 23. ὦ Πῶλε, ἀεὶ σὺ πῶλος εἶ et similia: sed haec tritiora sunt.

In eadem fabula, Σοφισαῖς, Plato hominum pessimum Dracontidem exagitavit, ut auctor est Schol. Arist. ad *Vesp.* vs. 157. Δρακοντίδης πονηρὸς οὗτος καὶ πλείσαις καταδίκαις ἐνεχόμενος, ὡς Πλάτων Σοφισαῖς. Καλλίστρατος δὲ ἕνα τῶν λ' φησὶν, εἰ μὴ ὁμώνυμος. ἔστι γὰρ οὗτος ὁ τὸ περὶ τῶν λ' ψήφισμα περὶ ὀλιγαρχίας γράψας, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν Πολιτείαις. Quod dicitur homo nequissimus πλείσαις καταδίκαις ἐνεχόμενος haud scio an illustrari possit loco Platonis in lib. *de Rep.* VIII. pag. 558. A. ubi cavillans Democratiam τί δέ, inquit, ἡ πραότης ἐνίων τῶν δικασθέντων οὐ κομψή; ἢ οὔπω εἶδες ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ, ἀνθρώπων καταψηφισθέντων θανάτου ἢ φυγῆς, οὐδὲν ἧττον αὐτῶν μενόντων τε καὶ ἀναστρεφομένων ἐν μέσῳ; καὶ ὡς οὔτε φροντίζοντος οὔτε ὁρῶντος οὐδενὸς περινοστεῖ ὥσπερ ἥρως. qui loci sese invicem mirifice confirmant ostenduntque, Athenis flagitia etiam condemnatis impune abire potuisse. Ceterum Callistrati coniectura nullo nititur argumento praeter convenientiam nominis, nam fuit Dracontides quidam in numero XXX Tyrannorum: vid. Xenoph. *Hellen.* II. 3. 2. et conf. Lys. *in Eratosth.* p. 430. R. Apparet autem ex alio fragmento apud Harpocrat. v. Ἀπόληξις, εἷς τῶν ι' συγγραφέων, ὃν Πλάτων κωμῳδεῖ ἐν Σοφισαῖς. fabulam actam esse post Olymp. XCII. 2. Nam συγγραφεῖς intelliguntur Decemviri constituendae reip. illo anno, auctore Pisandro, creati. Thucydides VIII. 67. Οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον εἶπον γνώμην δέκα ἄνδρας ἑλέσθαι ξυγγραφέας αὐτοκράτορας, τούτους δὲ ξυγγράψαντας γνώμην εἰσενεγκεῖν εἰς τὸν δῆμον ἐς ἡμέραν ῥητὴν καθότι ἄριστα ἡ πόλις οἰκήσεται.

Conveniunt cum his Grammatici: Lex Rhet. in Bekk. *Anecd. Graec.* I. pag. 301. *Συγγραφεῖς, οἱ ᾑρημένοι παρὰ τῆς πόλεως ἄνδρες, ἵνα συγγράψωσι τοὺς μεθέξοντας τῆς τῶν τετρακοσίων ἀρχῆς*, ubi leg. videtur *ἄνδρες ι'* et *συγγράψωσι*; similiter apud Harpocrationem dudum correctum est *ι'* pro *ν'*. Cf. etiam Harpocr. v. *Συγγραφεῖς* ibique Vales. Iste autem Apolexis, homo scelestus, statim post abrogatum Quadringentorum imperium Antiphontem Rhamnusium, quem prius oligarchiam molientem adiuverat, capitis reum egit: quod novimus indicio ipsius Antiphontis, cuius hic locus superest ex oratione, qua causam capitis oravit, apud Harpocrationem v. *Στασιώτης*. *Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ μεταστάσεως· Περὶ τοίνυν ὧν Ἀπόληξις κατηγόρηκεν, ὡς (1) στασιώτης ἦν ἐγὼ καὶ ὁ πάππος ὁ ἐμός.* Itaque non dissimile veri est Platonem id ipsum flagitium homini exprobrasse: nam per quatuor menses, quibus imperium obtinuerunt Quadringenti, a Thargelione ad Hecatombaeonem, nulli ludi scenici celebrati sunt, ac statim post Antiphon est accusatus: sed deficientibus omnibus antiquitatis monumentis satius est nihil statuere, imprimis quum cetera Fabulae fragmenta prorsus nihil contineant unde satis certo quidquam de argumento comperiri possit. Etiam nomen satis ambiguum est: tam late enim patet vocabulum *σοφιστής* apud Atticos, ut fere cuiusvis paulo exquisitioris artificii aut scientiae significatio inesse possit. Luculentus in hac re locus est Clementis Alexandrini *Strom.* I. p. 329. *Οἱ Ἕλληνες — τοὺς περὶ*

---

(1) Sic legendum esse pro *ὁ στασιώτης* e Mss. docuit Kidd. ad Ruhnk. *de Antiph.* T. I. pag. 168. Opusc.

ὁτιοῦν πολυπράγμονας σοφοὺς ἅμα καὶ σοφιςὰς παρωνύμως κεκλήκασι. Κρατῖνος γοῦν ἐν τοῖς Ἀρχιλόχοις ποιητὰς καταλέξας ἔφη·

Οἷον σοφιςῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε.

Ἰοφῶν δὲ ὁμοίως ὁ Κωμικὸς ἐν Αὐλῳδοῖς Σατύροις ἐπὶ ῥαψῳδῶν καὶ ἄλλων τινῶν λέγει·

καὶ γὰρ εἰσελήλυθεν
Πολλῶν σοφιςῶν ὄχλος ἐξηρτημένος.

Etiam musicos eo nomine vocari ostendit Phrynichus apud Ath. pag. 35. D., ubi Lamprus Musicus *μινυρὸς ὑπερσοφιςὴς* appellatur. Neque aliter usurpasse Platonem documento est Schol. Arist. ad *Nub.* vs. 330. *σοφιςὰς — λέγει πάντας τοὺς ἀπὸ μαθημάτων ὁρμωμένους. — Πλάτων γὰρ οὖν ἐν τοῖς Σοφιςαῖς, καὶ τὸν Ὀπούντιον αὐλητὴν Βακχυλίδην εἰς τοὔνομα κατέταξε τῶν σοφιςῶν.* qui locus dudum mihi suspicionem iniecit essetne ex hac ipsa fabula excerptum fragmentum apud Plutarchum in *vit. Periclis* cap. IV. *Δάμων — παρέσχε τοῖς Κωμικοῖς διατριβήν. ὁ γοῦν Πλάτων καὶ πυνθανόμενον αὐτοῦ τινα πεποίηκεν οὕτω·*

Πρῶτον μὲν οὖν μοι λέξον, ἀντιβολῶ· σὺ γάρ,
Ὥς φασι, Χείρων ἐξέθρεψας Περικλέα.

sic videtur leg. *Χείρων* est *tamquam Chiron:* vide Arist. *Plut.* vs. 314. et Alexid. ap. Ath. X. p. 421. Nempe Chorus constabat Sophistis i. e. iis, qui variis scientiis aut artibus excelluissent, qui quum in orchestram singuli procederent, nominatim omnes compellabantur aut aliquo dicterio facetiave excipiebantur. Cuius urbanissimi moris plura in Comicorum reliquiis indicia reperiuntur. In Eupolidis *Πόλεσι* singulae civitates prodeuntes nominatim non sine aliqua facetia indicabantur, in hunc modum:

I. — Τῆνος αὕτη
Πολλοὺς ἔχουσα σκορπίους —.
II. Αὕτη Χίος, καλὴ πόλις (πάρεςι)
Πέμπει γὰρ ἡμῖν ναῦς μακρὰς, ἄνδρας δ' ὅταν δεήσῃ.
Καὶ τἄλλα πειθαρχεῖ καλῶς, ἄπληκτος ὥσπερ ἵππος.
III. Ἡ δ' ὑςάτη τίς ἥδε; B. Κύζικος πλέα ςατήρων.
A. Ἐν τῇδε τοίνυν τῇ πόλει φρουρῶν ἐγώ ποτ' αὐτός,
Γυναῖκ' ἐκίνουν κολλύβου καὶ παῖδα καὶ γέροντα,
Κἀξῆν ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν κύσθον ἐκκορίζειν (1).

Sed imprimis huc facit locus Amipsiae ἐν Κόννῳ apud Diog. Laërt. II. 28. Ἀμειψίας ἐν τρίβωνι παράγων αὐτὸν (τὸν Σωκράτην) φησὶν οὕτως·

Σώκρατες, ἀνδρῶν βέλτις' ὀλίγων πολλῶν δὲ ματαιόταθ', ἥκεις (2)
Καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς, καρτερικός τ' εἶ· πόθεν ἄν σοι χλαῖνα γένοιτο;
B. Τουτὶ τὸ κακὸν τῶν σκυτοτόμων κατ' ἐπήρειαν γεγένηται.
Γ. Οὗτος μέντοι πεινῶν οὕτως οὐπώποτ' ἔτλη κολακεῦσαι.

quibus verbis Chorus Phrontistarum, quos in ea fabula induxerat Amipsias (vid. Athen. V. pag. 218. C.) Socratem et ipsum e choro phrontistam alloquitur progredientem. Sic igitur Plato Sophistas singulos produxerat, in his Bacchylidem tibicinem, et, uti videtur, Damonem. Quod enim dicit Scholiasta εἰς τοὔνομα κατέταξε τῶν Σοφιςῶν idem fere significare videtur, quod scribit Athenaeus l. l. καταριθμεῖ αὐτὸν ἐν τῷ

---

(1) Adscripsi hos locos, quemadmodum edidit Meinekius in *Fragm. P. C.* pag. 508—510. nisi quod in II. addidi πάρεςι de coniectura Hermanni. In III. scripsi τίς ἥδε; pro ποῦ' σθ'. B. ἥδε κ. τ. λ. tum versum 2. tribui ei, qui prius locutus est nam sic faciendum esse docet vocula τοίνυν. Ἐγώ addidit Hermannus: sed αὐτός quam vim habeat h. l. non expedio.

(2) Videtur significare: *qui superas virtute paucos, vanitate plurimos*, nam βέλτις' ὀλίγων a Comico πέπαικται. Aliter explicare aut corrigere conati sunt alii multi: vid. Meinek. *F. P. C.* pag. 704.

τῶν φροντιςῶν χορῷ, quem locum bene explicuit Fritzschius: quem vide in *Quaestt. Aristoph.* pag. 245.

Unum praeterea *Sophistarum* fragmentum attingam. Syncellus in *Chronograph.* pag. 149. C. (T. I. pag. 282. Dind.) *Προμηθεὺς — ἐμυθεύετο πλάττειν ἀνθρώπους ἐξ ἀπαιδευσίας καὶ ἀλογίας εἰς παίδευσιν μετάγων, ὡς φησιν ὁ Πλάτων, ὁ τὴν παλαιὰν κωμῳδίαν* (sic) *ἐν Σοφιςαῖς·*

Προμηθία γάρ ἐςιν ἀνθρώποις ὁ νοῦς.

Mirabar unde haec Syncello insolita doctrina, quum incidi in Scholiastam MS. Aeschyli ad Prometheum in Cod. Vossian. Gr. form. quart. N°. 6. ubi legitur ad *Prometheum* vs. 114. *Οὕτως ὁ ἀληθὴς ἔχει λόγος. ἄνθρωπος ἦν. σοφὸς δὲ ὢν εἰς παιδείαν μετέπλασε τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῆς ἄγαν ἰδιωτείας εἰς γνῶσιν ἄκραν, ὅθεν καὶ μεμύθευται τοῖς Ἕλλησι πλάττειν τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ Πλάτων ἐν τῇ παλαιᾷ κωμῳδίᾳ φησὶν ἐν Σοφιςαῖς·*

Προμηθεὺς (sic) *γάρ ἐςιν ἀνθρώποις ὁ νοῦς.*

Eadem fere habet alter Codex Voss. Gr. Fol. 23. Ex eodem igitur fonte Syncellus ista verba descripsit, quae eiusmodi sunt, ut suspiceris ab aliquo Sophista esse pronuntiata, quem Poëta induxerat Promethei mythum allegorice explicantem.

Levis macula eluenda videtur e fragmento ex *Ἑορταῖς* servato a Clemente Alexandr. *Strom.* VII. p. 849. Pott. *Οὐ κακῶς ὁ Κωμικὸς Πλάτων ἐν ταῖς Ἑορταῖς τῷ δράματί φησιν·*

Τῶν γὰρ τετραπόδων οὐδὲν ἀποκτείνειν ἔδει
Ἡμᾶς τὸ λοιπὸν πλὴν ὑῶν· τὰ γὰρ κρέα

Ἥδυς' ἔχουσι κοὐδὲν ἀφ' ὑὸς γίγνεται
Πλὴν ὕσριχες καὶ πηλὸς ἡμῖν καὶ βοή.

Sic correxerunt vulg. ἡμῖν καὶ πηλός τε καί Grotius et Heinsius. Sed praeterea scripsisse videtur Poëta ὑμᾶς et ὑμῖν, nam imitatus facetum inventum Cratetis ἐν Θηρίοις, ipsas bestias induxit hominum crudelitatem deprecantes: cuius rei fidem faciet eiusdem fabulae fragmentum quod servavit Eustathius ad Odyss. p. 1403, 36. ex Pausaniae Lexico agens de aoristo ἠδέσθην ab ἔδω: Πλάτων Ἑορταῖς·

Κατηδέσθημεν ἂν
Καὶ κατεκόπημεν εὐθύς.

ubi bestias ipsas loquentes induci perspicuum est. Sed operae pretium est simillimum Cratetis locum apponere ex Athen. III. 119. E.

καὶ τῶν ῥαφάνων ἕψειν χρὴ — —
Ἰχθῦς τ' ὀπτᾶν τούς τε ταρίχους, ἡμῶν δ' ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθαι

quibus respondet nescio quis:

Οὐκ ἄρ' ἔτ' οὐδὲν κρέας, ὡς ὑμεῖς λέγετ', οὐδ' ὁτιοῦν ἐδόμεσθα,
Οὐδ' ἐξ ἀγορᾶς, οὐδὲ τάκωνας ποιησόμεθ' οὐδ' ἀλλᾶντας.

apud Poll. VII. 53. Utrumque locum coniungendum esse acute vidit Bergkius in *Commentt.* p. 279. qui locum Pollucis correxit uti dedimus. Vellem tamen scire, quid sit ποιεῖσθαι ἐξ ἀγορᾶς, neque vitio caret ποιησόμεθα producta prima extra arsin: quamobrem scripsisse suspicor Poëtam:

Οὐδ' ἐξ ἀγορᾶς οὔτε τάκωνας ἔτ' ὠνησόμεθ' οὔτ' ἀλλᾶντας;

Eiusdem fabulae locus, sed male habitus, exstat apud Schol. Venet. Arist. ad *Pac.* vs. 73. Μεγάλοι λέγονται εἶναι κατὰ τὴν Αἴτνην κάνθαροι. — Πλάτων ἐν Ἑορ-

ταῖς. Ὡς μέγα μέντοι πάλαι τὴν Αἴτνην ὄρος εἶναί φασι τεκμαίρου, ὅθεν τρέφεσθαι τὰς κανθαρίδας τῶν ἀνθρώπων λόγος ἐςὶν οὐδὲν ἐλάττους. Nullo negotio numeri restitui possunt:

Ὡς μέγα μέντοι ⏑⏑ τὴν Αἴτνην ὄρος εἶναί φασι τεκμαίρου,
Ἔνθα τρέφεσθαι τὰς κανθαρίδας τῶν ἀνθρώπων λόγος ἐςὶν
Οὐδὲν ἐλάττους.

quod Meinekium *F. P. C.* p. 624. fefellisse miror. Quid vs. 1. pro πάλαι restituendum sit quamquam sedulo quaerens non reperio. Fuit, qui πάλι corrigeret, recte reprehensus a Meinekio Praef. ad *H. C. C.* p. XVI. qui ipse reposuit πάνυ, quod non multum arridet.

Et obscurissimus est et depravatus locus in fabula Εὐρώπῃ apud Athenaeum IX. p. 367. C. qui agens de vocabulo παροψίς sic scribit: ἐπὶ μὲν γὰρ ὄψου παρεσκευασμένου ποικίλου καὶ εἴδους τινὸς τοιούτου Πλάτωνα οἶδα εἰρηκότα ἐν Ἑορταῖς — ἐν δὲ Εὐρώπῃ πάλιν ἐπὶ παροψήματος διὰ πλειόνων εἴρηκεν, ἐν οἷς ἐςι καὶ τάδε·

Γυνὴ καθεύδουσ' ἐςὶν ἀργόν. Β. Μανθάνω.
Α. Ἐγρηγορυίας δ' εἰσὶν αἱ παροψίδες.
Αὗται μόνον κρείττους πολὺ χρῆμ' εἰς ἡδονὴν
— — ητα λαβεῖν. οὐ γάρ τινες
Παροψίδες εἰσὶν, ἀντιβολῶ σε.

κἂν τοῖς ἑξῆς δίεισιν ὥσπερ ἐπὶ παροψήματος λέγων τῶν παροψίδων. Sic Dindorfius. Ultima sic disposuit Meinekius *F. P. C.* pag. 629.

Ηταλλαβεῖν. οὐ γάρ τινες παροψίδες
Εἴσ', ἀντιβολῶ σε;

qui ceterum in hoc loco vel emendando vel explicando nihil se videre fatetur. Ludit Plato in vocabulo παροψίς, neque difficile est ad perspiciendum, quasnam dicat παροψίδας mulierem habere vigilem, contra dor-

mientem ἀργὸν esse. Scilicet eas, quas lascivis orationibus explicare non puduit Lucianum in *Amoribus*, neque Achillem Tatium Lib. II., quasque ne viris praebeant hortatur amicas Lysistrata in cognomini Aristophanis fabula vs. 162. sqq. Itaque Poëta sic scribere potuit:

Γυνὴ καθεύδουσ' ἐστὶν ἀργόν. Β. Μανθάνω.
Α. Ἐγρηγορυίας δ' εἰσὶν αἱ παροψίδες.
Αὗται λόγου κρεῖττόν τι χρῆμ' εἰς ἡδονήν.
— —   οὐ γάρ; Β. τίνες
Παροψίδες εἰσίν, ἀντιβολῶ σε;

quae iam perspicua sunt: quid lateat in ἐπαλλαβεῖν spero reperturos alios.

Inter praeclarissimas Platonis Comoedias illam fuisse censeo, cui Ἑλλὰς ἢ Νῆσοι nomen fuit. Speciem habet quod suspicatur Meinekius *H. C. C.* pag. 169. *de maritimo Atheniensium imperio* in ea actum fuisse, eoque spectare locum, qui et alibi legitur, et apud Scholiastam Leid. ineditum ad *Iliad.* A. vs. 135. (ex quo hunc locum edidit Koen. ad Greg. Cor. pag. 48.)

Εἰ μὲν οὖν σὺ τήνδε τὴν θάλασσαν ἀποδώσεις ἑκών,
Εἰ δὲ μή γε, ταῦτα πάντα συντριαινῶν ἀπολέσω.

nam sic fere legendum arbitror, adiutus virorum doctorum coniecturis, quas vide ap. Meinek. *F. P. C.* pag. 622. Praeterea haud scio an pro ἀπολέσω, quod Atticorum usus repudiat, (vid. pag. 101. sq.) ἐξολῶ legi possit. Neptuni esse verba irati bene monuit Meinekius, et verbum συντριαινοῦν, *tridente evertere*, confirmat. Quid autem deus saeviat aut quem minis terreat, ex his quidem verbis erui non potest: in diversa abeunt Meinekius *H. C. C.* pag. 170. et Bergkius *Comm.* pag. 384. quare nihil definire satius est.

Ad hanc fabulam Sintenisius referendum existimat fragmentum Platonis apud Plutarchum in *vit. Themist.* cap. XXXII. *Διόδωρος ὁ περιηγητὴς ἐν τοῖς περὶ τῶν μνημάτων εἴρηκεν, ὡς ὑπονοῶν μᾶλλον ἢ γιγνώσκων, ὅτι περὶ τὸν λιμένα τοῦ Πειραιῶς — κρηπίς ἐςιν εὐμεγέθης καὶ τὸ περὶ αὐτὴν βωμοειδὲς τάφος τοῦ Θεμιςοκλέους. Οἴεται δὲ καὶ Πλάτωνα τὸν Κωμικὸν αὐτῷ μαρτυρεῖν ἐν τούτοις·*

Ὁ σὸς δὲ τύμβος ἐν καλῷ κεχωσμένος
Τοῖς ἐμπόροις πρόσρησις ἔςαι πανταχοῦ,
Τούς τ' ἐκπλέοντας εἰσπλέοντάς τ' ὄψεται,
Χὠπόταν ἅμιλλ' ᾖ τῶν νεῶν θεάσεται.

ubi *ἅμιλλ' ᾖ* pro *ἅμιλλα* dedit Porsonus, quod recepit etiam Meinekius *F. P. C.* pag. 679. immemor Sintenisii, cuius coniectura non videtur spernenda. Etiam Aristidis in illa fabula memoriam esse celebratam ex pertenui indicio mihi perspicere videor apud Photium v. *Τάξαι τὸ τιμῆσαι: ἐν Νήσοις Πλάτων.* Nam verbum *τάξαι* ea significatione fere proprium est Aristidi, delecto qui constitueret, quantum pecuniae quaeque civitas datura esset ad persequendas belli Persici reliquias. Demosthenes in *Aristocr.* pag. 690. R. *Τότε μὲν γὰρ τῷ κυρίῳ τῶν φόρων γενομένῳ τάξαι Ἀριςείδῃ οὐδεμιᾷ δραχμῇ πλείω τὰ ὑπάρχοντα ἐγένετο.* Aeschines *de Fals. Legat.* cap. XI. *Ἀριςείδης ὁ τοὺς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν.* et in *Ctesiph.* pag. 647. *Ἀριςείδην τὸν τοὺς φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησιν*, et alibi; quamquam hoc perincertum esse fateor.

Eximium est ex hac fabula fragmentum apud Suidam et Photium, v. *Φάλαγξ* et alios. *Φάλαγξ. θηλυκῶς ὁ ἀράχνης. Πλάτων Ἑλλάδι·*

Εἴξασιν ἡμῖν οἱ νόμοι τούτοισι τοῖσι λεπτοῖς
Ἀραχνίοις, ἃν τοῖσι τοίχοις ἡ φάλαγξ ὑφαίνει.

Sic legendum esse putat Meinekius *F. P. C.* pag. 620. Trimetros refingere volebat Porsonus in Phot. non ferens productam antepenultimam in *ἀραχνίοις* contra praeceptum Dawesianum. Sed violentior haec ratio est et recte a Meinekio improbata. Tamen non est diffitendum, esse quibus Dawesius videatur legem tulisse severiorem, ut cui multi etiamnunc Comicorum loci repugnent. Istiusmodi suspicio movisse videtur Meinekium, ut parum sibi constans primam in *ἄκρος* non a Strattide solum, verum etiam a Cratino produci posse existimaret: vide ad *F. P. C.* p. 645. Sed non probaverim eorum opinionem, qui quod constanti Atticorum usu confirmatur, uno aut altero versiculo infringi posse faciles credant. At mihi quidem lenior medicina non succurrit, quare lubens rem acutioribus relinquo.

Denique ex incertae sedis fragmentis pauca quaedam obiter attingam. Plato hominem nequissimum Cinesiam, quem supra vidimus Comicis infestissimum maximopere Comoediae splendorem imminuisse, acerrime exagitavit. Indicio est locus Plutarchi in *Symposiacis* VII. 8. 3., ubi ait veteris Comoediae fabulas non idoneum esse in conviviis acroama: nam δεήσει, inquit, *γραμματικὸν ἑκάστῳ τὸ καθ' ἕκαστον ἐξηγεῖσθαι, τίς ὁ Λαισποδίας παρ' Εὐπόλιδι καὶ ὁ Κινησίας παρὰ Πλάτωνι καὶ ὁ Λάμπων παρὰ Κρατίνῳ καὶ τῶν κωμῳδουμένων ἕκαστος.* Superest ex hac irrisione insignis locus apud Galenum in Comment. ad Hippocratis *Aphorism.* VII. 44. Vol. V. p. 322. Bas. (IX. p. 316. Chart.) *Ὅτι συνήθως ἔκαιον (τοὺς ἐμπύους) οἱ παλαιοὶ μαθεῖν*

ἐςι καὶ ἐξ ὧν εἴρηκε Πλάτων ὁ Κωμικὸς ἐπὶ (περὶ) Κινησίου κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν·

μετὰ ταῦτα δὲ
Εὐαγόρου παῖς ἐκ πλευρίτιδος Κινησίας
Σκελετὸς, ἄπυος, καλάμινα σκέλη φορῶν,
Φθόης προφήτης, ἐσχάρας κεκαυμένος
Πλείςας ὑπ' Εὐρυφῶντος ἐν τῷ σώματι.

Dolendum, quod initium iocosi fragmenti tam pessime sit habitum, ut sine libris nil tentari posse videatur. Ingeniosa est Meinekii coniectura ἐκ Πλευρίτιδος leg. esse, ut homo teterrimis morbis extabescens matre pleuritide natus dicatur. Itaque similis iocus in patris nomine erit revocandus: certe non Euagoras homini nomen fuit, sed *Μέλης*: vid. Platonem in *Gorg.* p. 501. E. cf. Aristid. *pro Quatuorv.* T. II. p. 298. Iebb. In. vs. 3. pro ἄπυος et ἄπυιος, quod nihili est, Meinekius ἄπυγος aut ἄγυιος reponebat, quorum illud non displicet. Euryphon, qui commemoratur vs. 5., non diversus esse videtur a celeberrimo Euryphonte Cnidio: quamquam id negavit Meinekius p. 680. putans ante Hippocratem inclaruisse Euryphontem. Sed simul floruisse utrumque, nisi quod Euryphon Hippocrate natu maior esset, docet Soranus Ephesius in *vit. Hippocr.* apud Fabric. B. G. T. XII. p. 676. ubi ait Hippocratem ὑπὸ Περδίκκα — παρακληθέντα δημοσίᾳ πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν μετ' Εὐρυφῶντος, ὃς καθ' ἡλικίαν πρεσβύτερος ἦν. Ceterum cf. Fabric. B. G. T. XIII. p. 157. et Stob. Ecl. Phys. I. p. 248. Heeren.

Locus Platonis commentarii instar obtinet ad locum Lysiae ἐν 'Απολ. Δωροδ. p. 708. R. quem intelligere se negabat Marklandus. Ὧν Κινησίας οὕτω διακείμενος πλείους ςρατείας ἐςράτευται, αὐτοὶ περὶ τῶν

τῆς πόλεως ἀγανακτοῦσιν. Quicum componendus est eiusdem locus in Cinesiam ap. Athen. XII. p. 552. A. *Τοῦτον δὲ — οἱ θεοὶ οὕτω διέθεσαν, ὥςε τοὺς ἐχθροὺς αὐτὸν βούλεσθαι ζῆν μᾶλλον ἢ τεθνάναι. κ. τ. λ.* Praeter has improbi hominis miserias risere Comici ineptissima carmina: cf. Plutarch. *de Glor. Athen.* cap.V. Aristoph. in *Av.* vs. 1371. sqq. vid. Meinek. *H. C. C.* pag. 230. Hinc verisimile est irritatum poëtastrum *ἀφέμενον τῆς τέχνης συκοφαντεῖν* (Lysias apud Athen. XII. p. 551. E.) et calumnias in Comoediam intentasse. Neque frustra fuit: vide supra pag. 49. sqq.

Minus recte tractavit Meinekius locum Platonis Philosophi in Alcib. I. p. 121. D. *Ἡμῶν δὲ γεννωμένων, τὸ τοῦ κωμῳδιοποιοῦ, οὐδ' οἱ γείτονες σφόδρα τι αἰσθάνονται*, ubi Olympiodorus: *Πλάτων γὰρ ὁ Κωμικὸς τοῦτο παρατίθεται.* Contulerunt Muretus *Var. Lect.* IX. 12. et Meinekius dictum Demadae ad filium magnificas nuptias celebrantem: *ἐμοῦ — ὦ παῖ, τὴν σὴν μητέρα γαμοῦντος οὐδ' ὁ γείτων ᾔσθετο.* (Plutarch. in Phoc. cap. XXV.) Bene etiam Muretus Ciceronis locum attulit in Catilin. II. *corruant: sed ita ut — ne vicini quidem proximi sentiant:* sed gravi errore versiculum Comici e verbis Plutarchi hunc confecit:

'Εμοῦ γαμοῦντος, οὐδ' ὁ γείτων ᾔσθετο.

quem recepit Meinekius. Imo ex Platone haec rectius Comico tribueris:

οὐδ' οἱ γείτονες
Σφόδρ' αἰσθάνονται.

reliqua ab ipso Platone addita sunt.

Graviter depravatum diu delituit Platonis fragmentum apud Aristot. in *Rhet.* I. 16. *Εὔβουλος ἐν τοῖς*

δικαστηρίοις ἐχρήσατο κατὰ Χάρητος ὁ Πλάτων· εἶπε πρὸς Ἀρχίβιον, ὅτι ἐπιδέδωκεν ἐν τῇ πόλει τὸ ὁμολογεῖν πονηροὺς εἶναι. Vidit Ruhnkenius in *H. C. Orat. Gr.* p. LXVII. Platonem Comicum intelligendum esse, et praeeunte Valckenaerio, sic revocavit finem senarii: *ἐπιδέδωκε τῇ πόλει.* Meinekius autem in *H. C. C.* p. 161. pro *Ἀρχίβιον* voluit *Ἀγύῤῥιον* reponere, cetera reliquit intacta. Sed *ἐπιδέδωκεν ἐν τῇ πόλει κ. τ. λ.* in genere omnes Athenienses acerbe traduxisset: *crevit in urbe ea impudentia, ut omnes ultro sese improbos esse fateantur.* Neque id convenit in Aristotelis disputationem, qui narrat dictum, quo Plato notasset Archinum (nam *Ἀρχῖνον* leg. esse, mutata sententia docet Meinekius *F. P. C.* p. 692.) scite iecisse Eubulum in Charetem: quamobrem scribendum esse suspicor: *ἐπιδέδωκε τῇ πόλει τὸ ὁμολογεῖν πονηρὸς εἶναι:* dixitque Poëta ad Archinum: *ἐπιδέδωκας τῇ πόλει κ. τ. λ.* in hanc fere sententiam: tune quidquam ex tuis opibus inopiam publicam sublevasti? imo vero *haec fuit tua ἐπίδοσις, ut palam improbus esse fatereris.* Nam notum est, quid sit Atheniensibus *ἐπιδιδόναι* et *ἐπίδοσις:* vid. Athen. IV. p. 168. F. Plut. in *Alcib.* c. X. Casaub. ad Theophr. *Charact.* XXII.

Saepius Platonis Comici fragmenta pro cognominis Philosophi locis habita sunt: interdum etiam contrario errore accidit, ut verba Philosophi, quae numerosa essent, ad Poëtam Platonem referrentur. Ad Harpocrationem v. *Ἀναθέσθαι. Ἀντιφῶν περὶ ὁμονοίας. Ἀναθέσθαι δὲ ὥσπερ πεττὸν τὸν βίον οὐκ ἔστι. ἀντὶ τοῦ ἄνωθεν βιῶναι, μετανοήσαντας ἐπὶ τῷ προτέρῳ βίῳ. Εἴρηται δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν πεττευομένων (πεττευόντων). Πλάτων Ἱππάρχῳ ἢ Φιλοκερδεῖ.* annotavit

Toup. *Emendd. in Suid.* IV. pag. 403. »*Miror neminem vidisse haec Platonis comici esse, cuius infra meminit Harpocration et senarium esse rotundissimum:*

Οὐκ ἔςιν ὥσπερ πεττὸν ἀναθέσθαι βίον.

ex Platonis scil. Hipparcho sive Φιλοκερδεῖ." Fallitur vir doctus. Locus est Antiphontis, et Platonis mentio pertinet ad locum in Dialogo *Hipparcho*, quem genuinum esse Harpocration putabat, pag. 229. E. Ὥσπερ πεττεύων ἐθέλω σοι ἐν τοῖς λόγοις ἀναθέσθαι, ὅτι βούλει τῶν εἰρημένων.

Grotius in *Excerpt. Trag. et Com.* pag. 486. attulit Platonis comici versiculum:

Ἡ δ' ἡδονὴ πάντων ἀλαζονέςατον.

cujus sedem indagare potuisse se negat Meinekius in *F. P. C.* pag. 696. Nec mirum: locus est Philosophi in *Philebo* pag. 65. C. Ἡδονὴ μὲν γὰρ ἁπάντων ἀλαζονέςατον. quem Grotii errorem olim correxit Gatakerus in *Advers. Miscell.* pag. 83.

Eiusdem generis errorem ipse in superioribus pag. 75. sq. gravem commisi, in quo corrigendo finem faciam. Nempe quod locum apud Scholiast. Arist. *Nub.* 1407. (1419.) Πλάτων· Ἄρ' ὡς ἔοικε δὶς γένοιτ' ἂν παῖς γέρων. et Stobaeum l. l. Οὐ μόνον, ὡς ἔοικεν, ὁ γέρων δὶς παῖς γένοιτ' ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθείς, Platonis Comici esse, praeeuntibus Meinekio l. l. et Gaisfordio ad Stob. mihi persuaseram, falsum est. In viam reducere omnes poterat Valckenaerius, in *Scholis ad Nov. Testam.* II. pag. 320. (quam animadversionem mihi indicavit Leutschius in editione *Paroemiogr. Graecorum*, quam cum Schneidewino paravit, qui liber ante hos paucos

dies in manus meas pervenit). Operae pretium est viri sine exemplo magni ipsa verba apponere: »*In* Scholiis *ad Nub. Aristoph. in fin. sub nomine* Platonis *versus legitur senarius:* Ἀρ' ὡς ἔοικε δὶς γένοιτ' ἂν παῖς γέρων. *sunt illa* Platonis Philosophi *verba paulo aliter scripta* L. I. de Legg. pag. 646 [nempe sic: Οὐ μόνον ἄρ', ὡς ἔοικεν, ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνοιτ' ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθείς]. *Editor istorum Scholiorum, homo perdoctus,* Marcus Musurus, *formam senarii verbis indidit, quia censebat versum esse* Platonis Comici. *Hic ut a philosopho distinguatur, ubique a Grammaticis dicitur* Plato Comicus." Hinc igitur, quae scripsi, corrigantur. Ceterum nihil excusationis error haberet, si extremum hoc vere statuisset Valckenaerius. Sed secus est: saepius Πλάτων est Plato Comicus: vid. Schol. ad *Av.* vs. 121. *Ran.* 305. Schol. Eurip. *Hec.* vs. 821. Phot. Lex. v. περὶ πόδα. Hesych. v. Ἀσελγής coll. v. Κριὸς ἀσελγόκερως. et alibi. Bonum factum, quod, correcto errore, id quod ostendere nitebamur, etiam clarius apparet. Nam vitium, quod olim librariorum incuria omissis vocibus οὐ μόνον turpissimum invexerat, idem bona fide sive Clemens sive Aristobulus exscripserunt, unde luculento indicio furem tenemus manifestum.

Admonitus autem meo ipsius exemplo quam graviter in his rebus labi possimus, meum facio praeclarum dictum Socratis apud Platonem: ἐὰν δέ τῳ μὴ τὰ ὄντα δοκῶ ὁμολογεῖν ἐμαυτῷ, χρὴ ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ ἐλέγχειν. οὐδὲ γάρ τοι ἔγωγε εἰδὼς λέγω, ἃ λέγω, ἀλλὰ ζητῶ κοινῇ μεθ' ὑμῶν, ὥστε ἄν τι φαίνηται λέγων ὁ ἀμφισβητῶν ἐμοί, ἐγὼ πρῶτος συγχωρήσομαι.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 4, 25. *adde:* Ne Dindorfius quidem sensit emendationis Hemsterhusii praestantiam, quum corrigere vellet: ἅτε δὴ καταςὰς *Ἀ.* ζηλωτής. (vid. Bernhardius in censura Meinekiani operis in *Annal. Litt. Berolin.* Aug. 1840. pag. 219). Vocabulum καταςάς non obtrudendum erat Grammatico, qui certe γενόμενος scripturus fuisset.

Pag. 35, 3. *adde:* Fieri potest, ut Fritzschius eam rem attigerit in Comm. *de Thesmophoriaz. Aristophanis posterioribus.* Rostoch. 1831. 4°. Sed omisit in amplissimis ad *Thesmophoriazusas* commentariis.

Pag. 85, 26. XCI^{am} *lege* XC^{am}. Cf. pag. 146.

Pag. 114, 26. quo ipso anno *Phaonem* docuerat.] Fallitur Meinekius. vid. pag. 172. Alterum argumentum, quo nititur ibid., refutavimus pag. 152. sq.

FRAGMENTA PLATONIS

QUAE IN HIS OBSERVATIONIBUS TRACTANTUR.

Pag.

ΑΔΩΝΙΣ. . . . 116.

(Athen. X. p. 456. A.). . . . 57.

ΓΡΥΠΕΣ. . . . 116.

ΔΑΙΔΑΛΟΣ. . . . 116.

(Schol. ad Arist. Nub. 659. et Clem. Alex. Strom. VI. p. 751.) . . . 67, 76, 78, 80 sqq.

ΕΛΛΑΣ Η ΝΗΣΟΙ.

(Schol. Leid. ad Hom. Iliad. A. 135.). . . . 193.

(Phot. Lex. v. *Τάξαι*). . . . 194.

(Phot. Lex. et Suid. v. *Φάλαγξ*). . . . 195.

ΕΟΡΤΑΙ.

(Schol. ad Eurip. Med. 476. et Eustath. ad Od. p. 1379, 58.). 183.

(Clem. Alex. Strom. VII. p. 849.). . . . 190.

(Schol. Ven. ad Arist. Pac. 73.). . . . 191.

(Eustath. ad Od. p. 1403, 36.). . . . 191.

ΕΥΡΩΠΗ. . . . 161.

(Athen. XI. p. 367. C.) . . . 192.

ΖΕΥΣ ΚΑΚΟΥΜΕΝΟΣ. . . . 116.

(Athen. XV. p. 666. D.) . . . 96 sqq.

(Athen. XV. p. 667. B.). . . . 99.

(Athen. XI. p. 478. E.). . . . 100.

(Schol. Lucian. de Merc. cond. cap. 21.). . . . 100.

(Athen. III. p. 119. B.). . . . 100. sq.

Pag.
ΙΩ. . . . . 116.
ΚΛΕΟΦΩΝ.
(Anecd. Gr. Bekk. p. 79, 20.) . . . . 59.
(Schol. Arist. Ran. 690.) . . . . 60.
(Athen. VII. p. 315. C.) . . . . 63, 149.
(Schol. Arist. Ran. 698.) . . . . 148.
(Eustath. ad Od. p. 1441, 26. Etym. Magn. p. 31, 13.) . . . 150.
(Anecd. Gr. Bekk. p. 418, 15.) . . . . 150.
(Phrynich. Propar. p. 9, 6. Bekk.) . . . . 150.
(Poll. X. 56.) . . . . 151.
ΛΑΙΟΣ. . . . . 116.
(Athen. II. p. 68. C.) . . . . 125.
(Schol. ad Arist. Plut. 179.) . . . . 125.
(Poll. II. 83.) . . . . 126.
ΛΑΚΩΝΕΣ Η ΠΟΙΗΤΑΙ.
(Athen. XV. p. 665. B.) . . . . 90 sqq.
(Schol. Arist. Av. 471.) . . . . 94 sq.
(Athen. IX. p. 380. E.) . . . . 94.
(Harpocr. v. *Σθένελος*) . . . . 184.
ΜΕΝΕΛΑΟΣ. . . . . 116.
ΜΕΤΟΙΚΟΙ.
(Apoll. Dysc. *περ. ἀντων.* p. 348. C.) . . . . 60.
ΝΙΚΑΙ.
(Schol. Plat. p. 331. Bekk.) . . . . 82 sqq.
(Schol. Arist. Av. 1297.) . . . . 171.
ΝΥΞ ΜΑΚΡΑ. . . . . 116, 120.
(Poll. VI. 142.) . . . . 59.
ΞΑΝΤΡΙΑΙ Η ΚΕΡΚΩΠΕΣ. . . . . 116, 119.
ΠΑΙΔΑΡΙΟΝ.
(Schol. Arist. Pac. 723.) . . . . 110 sq.
ΠΕΙΣΑΝΔΡΟΣ.
(Suidas v. *Ἀρκάδας μιμούμενοι*) . . . . 102 sqq. 130.
(Schol. Arist. Av. 1555.) . . . . 127.
(Plut. vit. X. Oratt. p. 833. C.) . . . . 128.
(Schol. Arist. Nub. 249.) . . . . 129.
(Suidas v. *Ἀρεοπαγίτης*) . . . . 130, 135.
(Schol. Arist. Vesp. 590.) . . . . 130 sq.
(Anecd. Gr. Bekk. p. 368, 12.) . . . . 131.
(Athen. IX. p. 385. D.) . . . . 131 sq.

Pag.

(Phrynichus Bekk. p. 57, 30.) . . . . 132.

(Herodian. π. μ. λ. p. 39.). . . . . 132.

ΠΕΡΙΑΛΓΗΣ.

(Phot. Lex. v. περιαλγής). . . . . 166 sqq.

(Schol. Arist. Nub. 109.). . . . . 168.

(Priscian. Inst. Gramm. XVIII. p. 211. Kr.). . . . . . 169.

(Priscian. Inst. Gramm. p. 248. Kr.). . . . . 170.

(Schol. Arist. Av. 1297. et Schol. Lucian. ad Iov. Trag. p. 696.). . . . . 170.

ΣΚΕΥΑΙ.

(Schol. Arist. Ran. 370.) . . . . 49.

(Athen. XIV. p. 628. D.). . . . . 50.

(Schol. Ven. ad Vesp. 1352.). . . . . 184.

(Schol. Arist. Av. 151.). . . . . 184.

ΣΟΦΙΣΤΑΙ.

(Schol. Arist. Pac. 792.). . . . . 185.

(Schol. Arist. Vesp. 157.). . . . . 186.

(Harpocr. v. Ἀπόληξις). . . . . 186.

(Schol. Arist. Nub. 330.). . . . . 188.

(Sync. Chronogr. p. 149.). . . . . 190.

ΣΥΜΜΑΧΙΑ.

(Hermias ad Plat. Phaedr. p. 90. Ast. Eustath. ad Iliad. p. 1163, 43.). . . . . 61, 175.

(Poll. II. 83.). . . . . 126.

ΣΥΡΦΑΞ.

(Athen. X. p. 446. E.). . . . . 61.

(Schol. Arist. Av. 168.). . . . . 175.

ΥΠΕΡΒΟΛΟΣ.

(Herodian. π. μ. λ. p. 20, 1.). . . . . 60, 138.

(Schol. Rav. ad Arist. Thesm. 808.). . . . . 136.

(Schol. Lucian. ad Tim. p. 142.). . . . . 138.

(Schol. Arist. Av. 121.). . . . . 139.

(Athen. II. 56. F.). 142.

ΦΑΩΝ.

(Athen. X. p. 456. A.). . . . . 57.

(Schol. Arist. Plut. 179.). . . . . 172.

Fragmenta Incertarum Fabularum.

Pag.

(Plat. Alcib. I. p. 121. D. et Olympiod. ad h. l.) . . . . . . 197.
(Aristot. Rhet. I. 16.) . . . . 198.
(Galen. Commentt. ad Hippocr. Aphor. VII. 44.) . . . . 196.
(Plutarch. in vit. Them. XXXII.) . . . . 194.
(—— in Alcib. XIII. Nic. IX.) . . . . 140, 174.
(—— in Pericl. IV.) . . . . 188.
(—— Reip. ger. Praec. IV.) . . . . 152.
(Stobaeus Ecl. Phys. Tom. II. p. 26. Heer.) . . . . 172.
(Poll. VI. 103.) . . . . 64.
(Poll. VI. 142.) . . . . 59.
(Zenob. VI. 7.) . . . . 108.
(Schol. Arist. Nub. 1407.) . . . . 61, 74, 200.
(Schol. Eurip. Orest. 273.) . . . . 183.
(Schol. Eurip. Hec. 821.) . . . . 179.
(Etymol. Magn. 389, 38.) . . . . 181.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

A.

Pag.

'Αβελτεροκόκκυξ. . . . . 125.
Accentuum retractio in nominibus propriis. . . . . 167.
***Agere* aliquem *in scena*.** . . . . 13.
Agyrrhius. . . . . 48, 153.
Alcibiades comicos compescuit. . . . . 40.
Amipsias tent. . . . . 62, 189.
Antimachi *ψήφισμα μὴ δεῖν κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος*. . . . . 34.
'Απολέσω **non Atticum**. . . . . 101, 193.
Apolexis accusator Antiphontis. . . . . 186.
Archinus. . . . . 198.
Aristophanis *'Αμφιάραος*. 42. — *Νεφέλαι δεύτεραι*. 144. — inimicitiae cum Eupolide 84. — in *Ranis* salutem X. Praetorum deprecans 160. — tentatus. . . . . 80, 111, 128.
Aristoteles tent. . . . . 158.
'Αρκάδας μιμεῖσθαι **Prov.** . . . . 102.
Αὐθημερινοὶ ποιηταί. . . . . 24.
Αὐτόματος. . . . . 180.

B.

Βάτων **et** *Πλάτων* **conf.** . . . . 56.

C. *K.*

Caecilii *ἀκρισία*. . . . . 78.
Callistratus. . . . . 107.
Cicero tent. . . . . 13.
Cinesias. . . . . 49, 51, 196.

—

Pag.
Clementis Alexandrini ἀκρισία de furtis Graecorum agentis. 68 sqq.
Cleon. ςρατηγός. . . . . 147.
Cleonis lex μηκέτι ἐξεῖναι κωμῳδεῖν ὀνομαςί. . . . . 29.
Κόλλοπες cinaedi. κολλοπεύειν. . . . . 58.
Comici quae furta sibi obiiciant. 65. — non utuntur formis epicis. 176. — Comicorum licentia lege confirmata falso creditur. . . . . 27, 30.
Comoedia αἰνιγματώδης. . . . . 115.
Comoediae Mediae initium. . . . . 54.
Κωμῳδεῖν τινα — ὀνομαςί — ἐξ ὀνόματος — αὐτοπροσώπως. 12.
Crates tent. . . . . 191.
Cratetis ingenium. . . . . 15.
Cratini Ὀδυσσεῖς. 18. — Χείρωνες. 22. — Ἐμπιπράμενοι et Ἰδαῖοι. 77. — Λάκωνες. 77. — Cratini mors. 87. — tent. . . . . 19, 23, 26.

D. Δ.

Δεδέσθαι ἐν πέδαις. . . . . 151.
Demagogi ςρατηγίαν ambientes. . . . . 147.
Διαιτᾶσθαι duplici augmento. . . . . 139.
Dracontides. . . . . 186.

E.

Ecphantides Καπνίας. . . . . 14.
Ἐξαπατᾶσθαι (τὸ δεῖπνον). . . . . 96.
Ἕξπους. . . . . 58.
Epicrates tent. . . . . 121.
Ἐπιλαχεῖν βουλῆς τινι. . . . . 138.
Eupolidis Αὐτόλυκος. 86. — Μαρικᾶς. 143. — Πόλεις. 189. — Eupolis tent. . . . . 140, 189.
Euripidis sigmatismus. 183.
Euryphon. . . . . 196.

G. Γ.

Γλαυκίδης an Γλαυκίνους archon. . . . . 9.

H.

Hermippi Ἀρτοπώλιδες. 144. — Hermippus Pericli infestus 17. — tent. . . . . 128.
Hesychius tent. . . . . 130.
Hyperides apud Pollucem tent. . . . . 59.
Ἰδού irridentis. . . . . 99.
Ἵημι producit primam. 176.

Pag.

Ἰσθμοῖ. . . . . 179.
Isocrates a Comicis irrisus. . . . . 123.

L. Λ.

Λίαν apud Com. producit primam. . . . . 111.
Librarii omittunt syllabas, quas non intelligunt. . . . . 126.
Lysippi Καταχῆναι et Βάκχαι. . . . . 14.
Lysippus Cratino furtum obiicit. . . . . 15.

M.

Μαντίλη. . . . . 153.
Melanthius. . . . . 185.
Μοῖραι (ὦ) φίλαι. . . . . 139.
Morsimus. . . . . 184.
Μουσική. Comoedia. 26.

O.

Oratores in Comoedia Media exagitati. . . . . 123.
Ὀργὰς ἐπιφέρειν. . . . . 26.
Οὐδ' οἱ γείτονες αἰσθάνονται Prov. . . . . 197.

P. Π.

Πάλαι jam dudum. . . . . 91.
Parabases de scena pulsae. . . . . 52.
Parabasis non admittit senarios. . . . . 169.
Πέπραγα et πέπραχα conf. . . . . 140.
Pericles laesus a Comicis. 5. — actus in scena. 7. — compescuit Comicorum petulantiam. . . . . 9.
Personae comicae. . . . . 54.
Philippides tent. . . . . 123.
Philonides. . . . . 107.
Phrynichi Μονότροπος. . . . . 39, 178.
Phrynichus tent. 39, 42, 43.
Πίομαι prima brevi. 61.
Pisandri duo confusi. 135.
Plato philosophus irrisus in Com. Med. . . . . 120.
Plato Philosophus et Comicus conf. . . . . 199.
Platonis Comici Περιάλγης. 44, 166. — Σκευαί. 51, 184. — Νῖκαι acta Olymp. 89, 4. 86. — Λάκωνες. 89. — Ζεὺς κακούμενος. 96. — Φάων. 114, 172. — Ξάντριαι ἢ Κέρκωπες. 119. — Νὺξ Μακρά. 120. — Λάϊος. 125. — Πείσανδρος. 127. — Ὑπέρβολος. 136. — Κλεοφῶν. 147. —

Pag.

Συμμαχία. 17[illegible]. — [illegible] 1[illegible]. — *Ἑορταί.* 190. — *Εὐρώπη.* 192. — *Ἑλλὰς ἢ Νῆσοι.* 193.

Plato Com. irridet *Pacem* Aristophanis. . . . . 83.

Plato Com. plagii accusatus. . . . . 63.

Pollux tent. . . . . 126, 129, 130.

Pollucis *ἀκρισία*. . . . . 59.

Πράττειν, *πράττεσθαι*, *πρᾶξις* quid sit apud Grammaticos. 56.

Πρὸ χειρός. . . . . 57.

Προαναφυσᾶν tibiis praeludere. . . . . 92.

Προσςῆναι fastidium creare. . . . . 132.

S. Σ.

Sannyrionis *Δανάη*. . . . . 51.

Σιδάρεοι. . . . . 129.

Suidas tent. . . . . 55, 130.

Sthenelus. . . . . 184.

Strattidis *Φοίνισσαι*. . . . . 117.

Syracosii *ψήφισμα μὴ κωμῳδεῖσθαι ὀνομαςί τινα*. . . . . . 37.

T.

Τὰ ἐπὶ Χαριξένης. . . . . 20.

Teleclides Periclem exagitat. . . . . 16, 17.

Τετράδι γεγονέναι Prov. 108.

Theopompus Com. tentatus. . . . . 20.

Theopompus historicus tent. . . . . 143.

Τιθέναι et *τίθεσθαι κοττάβεια*. . . . . 99.

Y.

Ὑπόνοιαι in Com. Med. 115.

Ψ.

Ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν archonte Morychide. . . . . . 9.

Sumptibus JOHA[illegible]unt:

FR. DE GREVE, Oratio de JOHA DE. MEYERO, icto, de patria deque jurisprud., et de nomothetica praeclare merito. 1839. 8°. maj. ƒ 0.75.

WESS. ALB. V. HENGEL, Comment. perpet. in epist. Pauli ad Philipp. 1838. 8°. maj. ƒ 3.90.

PH. GUIL. V. HEUSDE, Character. princ. philosoph. vett. Socratis, Platonis, Aristotelis. Ad crit. philosoph. rationem commend. 1839. 8°. maj. . . . . ƒ 3.30.

SIM. KARSTEN, Oratio de antiq. liter. doctrina c. philosophia conjung. habita A. D. VII Maji, A. 1840, quum in acad. Rheno-Traject. liter. human. et philos. theoret. profess. solenni ritu auspicar. 1840. 8°. maj. . . . . ƒ 0.50.

PT. V. LELYVELD, περὶ ἀτίμιας. De infamia iure Attico. 1835. 8°. maj. . . . . ƒ 3.60.

D. JAC. V. LENNEP, Illustris Amstel. Athen. memorab., prodita deinceps orat. J. Pt. d'Orville in centes. Athen. natal. et D. JAC. V. LENNEP in alt. Athen. saecul. Acced. it V. LENNEPII in utramq. orat. annotat. 1832. 4°. maj. . . . . ƒ 5.80.

Orientalia, ediderunt THDR. GUIL. J. JUYNBOLL, TACO ROORDA et H. ENGEL. WEYERS, 8°. maj. Vol. I. . . . . ƒ 7.80.

Continens:

I. Comment. de plural. Arabum et Aethiopum irregul., qui a grammat. vulgo fracti appell. solent. Auct. H. AREXT. HAMAKERO.

II. Annotat. ad Vaticin. Jesajae cap. I-IX. 6. Auct. ROORDA.

III. Ueb. d. letzte Paschamahl Jesus, E. neuer Versuch von Dr. Ios. DERNBURG.

IV. Carm. Montanabbii, in Europa nond. edit. c. dupl. comment. Arab., Lat. vers. et annotat., praem. disput. de trib. Codd. Leidens. et de carm. ipso, ed. JUYNBOLL.

V. Comment. de Codd. MSS. orient. Biblioth. Leid., Auct. WEYERS.

Philosophorum Gr. vett., praesertim qui ante Platon. floruer. oper. reliq. Rec. et illustr. SIM. KARSTEN. 1830–38. 8°. maj. Vol. I. p. 1. 2. II. . . . . ƒ 12.50.

Singulis sub titulis:

Xenophanis Coloph. carm. reliq. De vita ejus et stud. dissert. fragm. explic. placita illustr. SIM. KARSTEN. 1830. . ƒ 2.40.

Parmenidis Eleatae carm. reliq. etc. 1835. . . . . . ƒ 3.60.

Empedoclis Agrigent. carm. reliq. etc. 1838. . . . . . ƒ 6.50.

CORN. ANNE DEN TEX, Encyclopaedia Jurisprudentiae in us. Lection. Academ. 8°. maj. . . . . ƒ 5.75.